




Flavij Vegetij Renati uiri illustris De re militari.

<https://hdl.handle.net/1874/452975>

ÆF L A V I I V E G E T I I V I R I I L.

lustrissimi, ad Valentinianum Augustum
Epitoma institutorum rei milita-
ris, ex Comentarijs Catonis,
Celsi, Traiani, Hadri-
ani, & Fron-
tini, Libri
primi

P R O L O G U S



N T I .
quis temporis-
bus mos fuit,
bonarum artis-
um studia man-
dare literis,
atq; in libros
redacta offer-
re principibus.
Quia neq; re-
de aliquid in-

choatur, nisi post decum fauerit imperator: neque
quenquam magis decet uel meliora scire, uel plura quam
principem: cuius doctrina oib[us] potest prodeſſe subie-
ctis

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.
etis. Quod Octaviū Augustum, ac bonos dehinc prin-
cipes libenter habuisse, frequentibus daclaratur exem-
plis. Sic regnantium testimonijs creuit eloquentia, dū
non culpatur audacia. Hac ego imitatione compulsus,
dum consydero clementiam uestram, ausibus literarū
magis ignoscere posse, quam cæteros, tanto inferiorem
me antiquis scriptoribus esse uix sensi: licet in hoc o-
pusculo, nec uerborū cōcinnitas sit necessaria, nec acu-
men ingenij: sed labor diligens ac fidelis: ut quæ apud
diuersos hystoricos, uel armorum disciplinā docentes,
dispersa & iuoluta celātur, pro utilitate Romana pro-
ferantur in mediū. De delectu igitur atq; exercitatio-
ne tyronū, p quosdā gradus & titulos antiquā consue-
tudinem conamur ostendere. Non quo tibi, im-
perator inuicte, ista uideantur incogni-

ta: sed ut que sponte pro recip.

salute disponis, agnoscas

olim custodiſſe Ro-

mani imperij

conditores: & in hoc

paruo libello, quicquid de
maximiſ rebus, semperq; necessarijs
requirendum credis, inuenias.



LIBER PRIMVS. FOL. 2
ROMANOS OMNES GENTES
SOLA ARMORVM EXERCIT
ATIONE VICISSE
CAPVT PRI.



NOMNI
autem prælio
nō tam multi-
tudo & uir-
tus indocta, q
ars & exerci-
tiū solent præ-
stare uictori-
am. Nulla enī
alta re uide-
mus populum

Romanum sibi orbem subegisse terrarum, nisi ar-
morum exercitio, disciplina castrorum, usqne mi-
litiae. Quid enim aduersus Gallorum multitudi-
nē, paucitas Romana ualuiſſet? Quid aduersus Germa-
norum proceritatem, breuitas potuiſſet audere? Hi-
spanos quidem non tantum numero: sed etiam uiribus
corporum, nostris præſtitis, manifestum est. Aphro-
rum dolis atq; diuitijs semper impares fuimus. Graeco-
rum artibus prudentiaq; nos uinci, nemo unq; dubita-
uit. Sed aduersus oīa profuit tyronē solerte eligere,

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.
ius(ut ita dixerim) armorum docere, disciplinam quo
tidiano exercitio roborare, quæcunq; euenire in acie
atq; in prælijs pcessent, omnia in campstrei meditatioe
prænoscere, seuere ind esides uindicare. Scientia enim
rei bellicæ, dimicandi nutrit audaciam. Nemo facere
metuit, quod se bene didicisse confidit. Etenim in certa
mine bellorum, exercitata paucitas ad uictoriam præ-
ptior est, quam rufis & indocta multitudo, exposita
semper ad cædem.

CEx quibus regionibus Tyro cligendus.

Caput. II.

Rerum ordo deposit, ut ex quibus prouincijs
uel regionibus tyrones legèdi sint, prima par-
te tractetur. Constat enim, in omnibus locis & igna-
uos & strenuos nasci. Sed tamen, quia gens gen-
tem præcedit in bello, et plaga cœli non ad robur
corporum tantum: sed etiam animorū plurimum ua-
let. Quo loco ea quæ a doctissimis hominibus com-
probata sunt, nō omittā. Omnes nativæ, quæ uicinæ
sunt soli, nimio calore siccatas, amplius quidē sapere:
sed minus habere sanguinis dicūt: ac propterea con-
stantiam ac fiduciam continuus non habere pugnandi:
quia metuunt uulnera, qui se exiguum sanguinem habe-
re nouerunt. Contra, septentrionales populi, remoti a
solis ardoribus, inconsultiores quidem: sed tamen lar-
go sanguine redundantes, sunt ad bella præptissimi. Ty-
rones igitur de temperatiōribus legendi sunt plagiis,
qui-

quibus & copia sanguinis suppetat ad vulnerum mortisq; cōtemptum, et non possit deesse prudentia: quae et modestiam seruat in castris, & nō parum prodest in dimicacione, consilije.

Utrum ex agris an ex urbibus utiliores
sint tyrones Cap. III.

Sequitur, utrum ex agris, an de urbibus utilior tyro sit, requiramus. De qua parte, nūs quam credo potuisse dubitari, aptiorem armis rusticam plebem: que sub diuo & in labore nutritur, solis patiens, umbræ negligens, balnearum nescia, deliciarum ignara, simplicis animi, paruo contenta, duratis ad omnem laborum tollerantiam membris: cui gestare ferrum, fossam ducere, onus ferre, cōsuetudo de rure est. Interdum tamen necessitas exigit, etiam urbanos ad arma cōpelli: qui ubi nomine dedere militiae, primum laborare, decurrere, portare pondus, & sole pulueremq; ferre, condiscant: parco uictu utantur & rustico: interdū sub diuo, iterdum sub papilionibus immorentur. Tunc demū ad usum erudiātur armorum: & si longior expeditio emergit, in angarijs plurimum detinēdi sunt, proculq; habendi a ciuitatis illecebris: ut eo modo, & corporibus eorum robur accedat, & animis. Nec inficiandum est, post urbem conditam, Romanos ex ciuitate profectos ad bellum semper: sed tunc nullis uoluptatibus, nullis deliciis frangebantur. Sudo

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.

re cursu et cāpestri exercitio collectū, natans iuuētus
abuebat in tyberi. Idē bellator, idē agricola, genera tā
tū mutabat armorū. Quod usq; adeo uerū est ut arāti

Q. Cincin Quintio Cincinato dictaturam constet oblatā. Ex a-
natus dicta gris ergo supplendum robur prēcipue uidetur exerci-
tor. Nescio enim quomodo minus timet mortem, qui mi-
nus deliciarum norit in uita.

Cuius etatis tyrones probandi sunt. Caput. III.

Nunc, qua etate milites legi cōueniat, explore-
mus. Et quidē, si antiqua consuetudo seruanda
est, incipientem pubertatem ad delectum cogēdam, nul-
lus ignorat. Non enim tantum celerius: sed etiā perfe-
ctius imbibuntur, quae discuntur apueris. Deinde mi-
litaris alacritatis, saltus & cursus ante tentandus est,
Tyro q̄ corpus etate pigrescat. Velocitas enī est, que
percepto exercitio, strenuum efficit bellatorem. Adole-
Salusti. in sc̄etes legendi sunt sicut ait Salustius. Iam primum
Catilinar. iuuentus, simul ac belli patiens erat, in castris per la-
borem usu militiam discebat. Melius enī est ut exerci-
tatus iuuenis causetur etatē nondum aduenisse pu-
gnandi, quā dolcat preteriisse. Habeat etiam spaciū
uniuersa descendī: Neq; enim parua aut leuis ars uide-
tur armorum, siue equitem, siue peditem sagittari-
um uelis imbuere, siue scutatum armature nume-
ros, omnesq; gestus docere, ne locum deserat, ne or-
dines turbet, ut missile & destinato ictu & magnis
uiribus iaciat, ut fossam ducere, sudes sciēter figere no-
rit,

rit, tractare scutum, & obliquis ictibus uenientia te-
la deflectere, plagam prudenter uitare, audacter infer-
re. Huic taliter instituto tyroni, pugnare aduersum
quoslibet hostes i acie, formido nō erit: sed uoluptas.

Quā statura tyrones sint probandi.

Caput. V.

Proceritatem tyronum, a consule Mario scio Marij dili-
temper exactam, ita, ut senos pedes, uel certa-
gentia. te quinos & denas uncias habere inter alares e-
quites, uel in primis legionum cohortibus proba-
rentur. Sed tunc erat amplior multitudo: & plures
militia sequebantur armata. Necdū enim ciuilis pars
florentiorem adduxerat iuuentutem. Si ergo necessitas
exegerit, non tam staturae rationem conuenit habere,
qua uirium. Et ipso Homero teste non fallimur, qui Tydeus.
deum minorem quidem corpore: sed fortiorem animis
fuisse significat.

CEx uultu & corporis positione agnosci in eli-
gēdo qui meliores possint esse tyrones.

Caput VI.

Sed qui delectum acturus est, uehementer in-
tendat ut ex uultu, ex oculis, ex omni con-
firmatione membrorum eos eligat, qui implere ua-
leant officium bellatoris. Numq; non tantum in ho-
minibus: sed etiam in equis & canibus uirtus multis
declaratur iudicijs: sicut doctissimorum hominum disci-

F L A . V E G E T I I D E R E M I L I T R I .
plina comprehenditur: quod etiam in apibus mantua-
nus auctor dicit esse seruanum.

E x Vergio Nam duo sunt genera: hic melior, insignis & ore
lij 4 Ge- Et rutilis clarus squamis. ille horridus: alter
orgicon. Desidia, latamq; trahens inglorius aluum.

Sit ergo adolescens Martio operi deputandus, uigilan-
tibus oculis, erecta ceruice, lato pectore, humeris mus-
culoſis, ualentibus digitiſ, longioribus brachijs, uentre
modicus, exilior erubitus, ſuris & pedibus non super-
flua carne deftendis: sed neruorum duricia collectis.

Cum b̄ec signa in tyrone deprehenderis, proceritatē
non magnopere desideres. Ut ilius est enim fortes mi-
lites esse, quā grandes.

Cuius artis tyrones uel eligendi sint uel
refuerint. Cap. VII.

Sequitur, ut cuius artis tyrones uel eligendi uel pe-
nitentia respuen li sint, indagem us. Pſcatores, auca-
pes, dulciarios, lintheones, omnesq; qui aliquid tracta-
ſe uidentur ad gynecea pertinens, longe arbitror
pellendos a castris. Fabros ferrarios, carpentarios,
macellarios, & ceruoru aprorum q; uenatores, con-
uenit sociare militie. Et hoc est in quo totius reip.
ſalus uertitur, ut tyrones non tantum corporibus,
sed etiam animis præstantissimi deligantur. Vires rea-
gni, et Romani nominis fundamentum, in prima
delectoru examinatioē cōſistunt. Nec leue putetur hoc
offici

officium, aut passim quibuscunq; mandandum, quod apud veteres inter tam uaria genera uirtutum, in Servitorio præcipue constat esse laudatum. Auentus enim, cui defensio prouinciarum, cui committenda bellorum fortuna, & genere, si copia suffpetat, & moribus debet excellere. Honestas enim idoneum militem reddit. Verecundia, dum prohibet fugere, facit esse uictorem. Quid enim prodest si exerceatur ignauus? si pluribus stipendijs moretur in castris? Nunquā exercitus proficit tempore belli, cuius i probandis tyronibus claudit carit \dagger elector. Et, quantum usu experimentis q; cognovimus, hinc tot ubiq; ab hostibus illatae sunt clades, dum longa pax militē negligentius incuriosusq; legit, dum honestiores quiq; ciuilia sectantur officia, dum possessoribus addicti tyrones, per gratiam aut dissimulationem probantur: talesq; sociantur armis, quales domini habere fastidiunt. A magnis ergo uiris, magna diligentia, idoneos eligi coenit iuniores.

† elec^{tio}

CQuando tyrones signandi sunt.

Caput. VIII.

Sed non statim punctis signorum inscribendus est tyro delectus: uerum ante exertio preten-
tandus: ut utrum uere tanto operi aptus sit, possit
cognosci. Et uelocitas in illo requirenda uide-
tur & robur, & utrum armorum disciplinam edis-
cere ualeat, utrum habeat confidentiam militarem.
Pleriq; enim, quamuis in specie non improbabiles uide-

Scriptores
rei milita-
ris.

PLA. VEGETII DE RE MILITARI.
antur:tamen experimentis comprobantur indigni. Re-
pudiandi ergo minus utiles : & i locum eorum strenu-
issimi subrogandi sunt. In omni enim conflictu , nō tū
prodest multitudo, quam uirtus. Signatis itaq; tyroni-
bus per quotidiana exercitia, armorum est demōstrā-
da doctrina. Sed huius rei usum, dissimulatio longe se-
curitatis aboleuit. Quem iuenias, qui docere possit qd^a
ipse non didicit: De hystorijs ergo uel libris, nobis anti-
quia consuetudo repetenda est . Sed illi res gestas &
euentus tantum scripsere bellorum, ista que nunc que-
rimus tanquam nota linquētes. Lacedæmonij quidem,
& Athenienses, alijq; Grecorum in libros retulere cō-
plura, que tantum uocantur. Sed nos disciplinam mi-
litarem populi Ro. debemus inquirere: qui ex paruis
finibus, imperium suum pene solis regionibus, et mun-
di ipsius fine distendit. Hec necessitas compulit euolu-
tis auctoribus, ea me hoc i opusculo fidelissime dicere,
que Cato ille Censorius de disciplina militari scripsit,
que Cornelius Celsus, que Frontinus perstringenda
duxerunt, que Paternus diligentissimus iuris milita-
ris assertor in libros rededit, que Augusti & Traia-
ni, Adrianiq; constitutionibus cauta sunt. Nihil enim
mibi auctoritatis assumo: sed horum, quos supra retu-
li, ea que dispersa sunt, uelut in ordinem & abbrevia-
tiones, que epithomata dicuntur, conscribo.

C Ad gradum militarem & cursum & sal-
tum exercendos tyrones.

Caput

Caput. IX.

Primis ergo meditacionum auspicij, tyrones militarem edocendi sunt gradum. Nihil enim magis in itinere uel in acie custodiendū est, quam ut oēs milites incedendi ordinem seruent. Quod aliter fieri non potest, nisi ut assiduo exercitio ambulare celeriter & equaliter discant. Periculum enim sepe ab hostibus grauissimum sustinet diuisus et inordnatus exercitus. Militari ergo gradu, uiginti milia passuum, horis quinq; duntaxet aestiuis confienda sunt. Pleno autē gradu, qui citatior est, todidem horis uiginti quatuor milia peragenda sunt. Quicquid addideris iam cursus est, cuius spacium non potest diffiniri. Sed ad cursum pricipue assuefaciendi sunt iuniores, ut maiore impietu in hostes procurrant, ut loca oportuna celeriter, cum usus aduenerit, occupent: uel aduersariis, idem facere uolentibus, p̄eoccupent: ut ad explorandum alacriter pergant, alacrius redeant, ut fugientium terga facilius comprehendant. Ad saltum etiam quo uel foſſe transiliuntur, uel impediens aliqua altitudo superatur, exercendus est miles: ut cum eiusmodi difficultates euenerint, possint sine labore trāsire. Præterea in ipso conflictu ac dimicazione telorum bellator cum cursu saltuque ueniens, aduersarij perstringit oculos, mentēq; deterret, priusq; plagā infligit, q̄ ille ad cauendū uel ad resistendū se p̄eparet.

De

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.

Pompeij ex
ercitium

De exercitio Pompeij magni, Salustius hoc memorat, cum alacribus saltu, cum uelocibus cursu, cum ualidis uette certabat. Neq; enim ille aliter potuisse par esse Sertorio: nisi se & milites frequentibus exercitiis praeparasset ad prælia.

C Ad usum natandi exercēdos tyrones.

CAPVT X.

N Atandi usum æstiuis mensibus omnis & qua-
liter debet Tyro condiscere. Non enim semper
flumi uia pontibus transeuntur: sed & cedens et inses-
quens natare cogitur frequenter exercitus. Sæpe repen-
tinis hymbris uel niuibus solent exundare torrentes.
Et ignorantia non solū ab hoste: sed etiam ab ipsis
aquis discrimen incurrit. Ideoq; Romani ueteres, quos
tot bella & continua pericula, ad omnem rei militaris
erudierant artem, Campum Martium uicinum Tyberi
delegerunt: in quo iuuētus post exercitium armorum,
sudorem puluerēq; dilueret, ac lassitudinem, cursusq;
laborem natādo deponeret. Non solum autem pedites:
sed & equites ipsosq; equos uel lixas (quos galearios
uocant) ad natandum exercere percommode est: ne
quid imperitis, cum necessitas imminebit, eueniāt.

C Quemadmodū ad scuta uiminea uel ad
palos antiqui exercebant tyrones.

CAPVT XI.

Ante

Antiqui (sicut inuenitur in libris) hoc gene-
re exercuere tyrones . Scuta de uimine
in modum cratium corrotundata texebant : ita ut
duplum pondus cratis haberet , quem scutum pu-
blicum habere consueuit . Idemq; clavas lingue
as, duplicitis & que pōderis, p gladijs tyronibus dabāt.
Eōq; modo non tantum mane : sed etiam post meridiē
exercebantur ad palos. Palorum enim usus non solum
militibus , sed etiam gladiatoribus plurimum prodest.
Nec unquam aut harena, aut cāpus inuicīum armis ui-
rum probauit : nisi qui diligenter exercitatus docēba-
tur ad palū. A singulis aut̄ tyronibus, singuli pali desig-
nabātur in terrā, ita ut nutare nō possent, & sex pedi-
bus eminerēt. Contra illum palum, tanquam contra ad-
uersarium, tyro cum crate illa et clava, uelut cum gla-
dio se exercebat & scuto: ut nunc quasi caput aut faci-
em peteret, nunc a lateribus minaretur, interdum con-
tenderet poplites & crura succidere, recederet, assul-
taret, insiliret, & quasi præsentē aduersariū , sic palū
omni impetu, omni bellandi arte tentaret. In qua medi-
tatione seruabatur illa cautela, ut ita tyro ad infernū
dum uulnus insurgeret , ne qua ex parte pateret ipse
ad plagam.

Palorum
usus.

TNō cæsim sed punctū ferire docēdos tyrones.

Caput. XII

Preterea non cæsim : sed puctim ferire discebant
Nam cæsim pugnantes non solum facile uicere:
sed

FLA· VEGETII DE RE MILITARI.
sed etiam derisere Romani. Cæsa enim quo quis impetu
ueniat, nō frequenter interficit: cū & armis uitalia de-
fendantur & ossibus. At cōtra puncta, duas uncias ad-
acta, mortal is est. Necesse est enim ut uitalia penetreret,
quicquid immergitur. Deinde dū cæsa infertur, brachi-
um dextrum latusq; nudatur. Puncta autem tecto cor-
pore infertur: & aduersarium fauci at ante quā uidea-
tur. Ideoq; ad dimicandum hoc præcipue genere usos
esse constat Romanos: duplicitis autem ponderis illa cra-
tis & clava ideo dabantur, ut cum uera & leuiora ar-
ma tyro sumpsisset, uelut grauiore pondere liberatus,
securior alacriorq; pugnaret.

¶ Armaturam docendos tyrones.

Caput. XIII.

V:terum
consueudo
PRæterea illo exercitij genere, quod armatu-
ram uocant, & a campi doctoribus traditur,
imbuendus est tyro. Qui usus uel ex parte seruat-
ur. Constat enim & nunc in omnibus prælijs ar-
maturam melius pugnare, quā cæteros. Ex quo in-
telligi debet, quantū exercitatus miles in exercitato sit
melior: cū armatura uicunq; erudit i, reliquos conu-
bernales suos bellandi arte precedant. Ita autē seuere
apud maiores exercitij disciplina seruata est, ut &
doctores armorum duplicitibus remunerarentur anno-
nis, & milites, qui parum in illa prælusione profece-
rant, pro frumento ordeum cogerentur accipere. Nec
ante eis in tritico redderetur annona, quā sub præsen-
tia

tia præfecti, tribunorum, uel principum experimentis datis, ostendissent se omnia quæ erant in militari arte compleſe. Nihil enim neq; ſirmius, neq; fœlicius, neq; laudabilius eſt recip. in qua abundant milites eruditii.

Nō enim ueſtiū mitor, uel auri uel argenti gēmarumq; copiæ hostes aut ad reuerētiam noſtrām, aut ad graciā inclinant: ſed ſolo terrore ſubiguntur armorum. Dein de in alijs rebus (ſicut ait Cato) ſi quid arratum eſt, potest poſtmodum corrigi: Præliorū delicta emendationem non recipiunt, cum ſtam pena ſequatur errorem. Aut enim confeſtiꝝ pereunt, qui ignave imperi- teq; pugnauerunt: aut in fugam uerti, uictoribus ul- tra pares eſe noraudent.

Catonis
ſententia.

Admissilia iacienda tyro exercendus.

Caput. XIII.

Sed ad incepturn reuertor. Tyro, qui cum clava exer- cetur ad palum, haſtilia quoq; ponderis grauioriſ, quam uera futura ſint iacula, aduersus illum pālum, tanquam aduersus hominem iactare compellitur. In qua re armorum doctor attendit, ut magnis uiribus haſtile contorqueat, ut deſtinato iectu uel in palum uel iuxta dirigat miſſile. Eo enim exercitio & lacertis robur accreſcit, & iaculandi uſus atque peritia a- quiritur.

Sagittis tyronem imbuendum diligēter.

Caput. XV.

ſed

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.

Sed prope tertia, uel quarta pars iuniorum, que aptior potuerit reperiri arcibus ligneis, sagittisque lusorijis, ad illas ipsos semper exercenda palos. At doctores ad hanc rem & artifices eligendi: & maior adhibenda solertia, ut arcum diligenter ac scienter tenant, ut fortiter impleant, ut sinistra fixa sit, ut dextera cum ratione ducatur, ut ad illud quod ferendum est, oculus per iter ac animus consentiat, ut siue in equo siue in terra, recte sagittare doceant. Quam artem & disciopus est diligenter, & quotidiano usu exercitioq; seruari. Quantum autem utilitatis boni sagittarij in praelijs habeant, & Catu in libris de disciplina militari evidentur ostendit, & Claudius pluribus iaculatoribus ante institutis atq; perdebris, hoste, cui prius impar fuerat, superauit. Aphricanus videm Scipio, cum aduersum Numantinos, qui exercitum populi Romani sub iugum miserant, esset acie certatur, aliter superiorum se futurum esse non creditit: nisi in omnibus centurijs lectos sagittarios miscuisse.

Cad iactendos lapides fundis uel manu exercendos tyrones.

CAPVT XVI.

Balearibus
funde pri-
mo reptæ.

Ad lapides uero, uel manibus uel fundis iaciendos, exerceri diligenter conuenit iuniores. Fundarum autem usum primi Balearium insularum habitatores & inuenisse, & ita perite excusse dicuntur, ut matres paruos filios nullum cibum

contin-

contingere sinerent: nisi quem ex funda destinato la-
pide percussissent. Sa pe enim aduersum bellatores cas-
sidibus, cataphractis, loricisq; munitos, teretes lapides
de funda uel fustibalo destinati, sagittis sunt omnibus
grauiores: cum membris integris, letale tamen uulnus
importent: et sine inuidia sanguinis, hostis lapidis iclu-
intereat. In omnibus autem ueterum prælijs fundito-
res militasse, nullus ignorat. Quæ res ideo ab uniuersi-
tatis tyronibus frequenti exercitio discenda est: quia fun-
dam portare nullus est labor. Et interdum euenit, ut in
lapidosis locis conflictus habeatur, ut aut mons sit ali-
quis defendendus aut collis, & ab oppugnatione castel-
lorum siue ciuitatum, lapidibus barbari fundisq; sunt
pellendi.

¶ De exercitio plumbatarum.

Caput. XVII.

Plumbatarum quæq; exercitatio (quas Marcio= Marciobar-
barulos uocant) est tradenda iunioribus. Nam buli.
in illyrico dudum duæ legiones fuerunt, quæ sena mi-
lia milium habuerunt: quæ, quod his telis scienter ute-
bantur et fortiter, martiobaruli uocabantur. Per hos
longo tempore strenuissime constat omnia bella confe-
cta: usq; eo, ut cum Diocletianus & Maximianus ad
imperium uenissent, pro merito uirtutis hos martio-
barulos, Iouarios, atq; Herculianos censuerint ap-
pellandos, eosq; cunctis legionibus prætulisse doceatur.
Quinos autem martiobarulos insertos scutis porta-

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.

re consueuerunt: quos si opportune milites iacerent
mutuati prope sagitariorū scutati fūmitari uidentur officium.
Nam hostes equosq; consuauiant priusquam, nō modo
manu ad manū, sed ad ictū missiliū potuerat pueniri.

CQuemadmodum ad ascendendos equos tyrones
axercendi sunt. Caput. XVIII.

Non tantum autem a tyronibus: sed etiam a sti-
pendiariis militibus salitio equorum districlē
est semper exacta. Quem usum usq; ad hanc aetatem, li-
cet iam cum dissimulatione, peruenisse manifestum est.
Equi lignei hyeme sub teſto, & estate poncbantur in cam-
po: super hos iuniores primo inermes, dum consuetudi-
ne proficerent, deinde armati cogebantur ascēdere.
Tantaque cura erat, ut non solum a dextris: sed etiam
a sinistris partibus et insilere & desilire condiscerent,
euaginatos etiam gladios uel contos tenentes. Hoc
enim continua meditatione faciebat, ſilicet ut in tu-
multu prælij sine mora ascenderent, qui tam studioſe
exercebantur in pace.

CAd portandum pondus excercendos tyrones.

Caput XIX

Pondus quoque bauiulare usque ad LX. libras, &
iter facere gradu militari, frequentissime cogendi
sunt iuniores: quibus in arduis expeditonibus neces-
fitas imminet annonam pariter ac arma portādi. Nec
hoc credatur eſſe difficile ſi uſus accesserit. Nihil enim
eft, quod non affidua meditatio facillimum reddat.

Quam

Quam rem antiquos milites facilitauisse, Vergilio ipso teste potest cognosci qui ait.

Non secus ac patrijs acer Romanus in armis
In iusto sub fasce uiam cum carpit, & hosti
Ante expectatum positis stat in agmine castris.

¶ Quo armorum genere usi sunt antiqui.

Caput. XX.

Locus exigit, ut quo armorum genere, uel instruendi, uel muniendi sint tyrones, referre temet nos. Sed in hac parte antiqua penitus consuetudo deleta est. Nam, licet exemplo Gotorum & Alanorum Hunnorumq; equitum arma proficerint: pedites tamē constat esse nudatos. Ab urbe enim condita usq; ad tempus diuini Gratiani, & Cataphracti, & galeis muniebatur pedestris exercitus. Sed cum campesstris exercitatio, interueniente negligentia desidiaq; cessaret, grauia uideri arma cooperunt, quae raro milites induebant. Itaq; ab imperatore postulabant primo cataphractas, deinde cassides deponere. Sic detectis pectoribus & capitibus, congreſsi contra Gothos milites nostri, multitudine sagittariorum ſaþe deleti sunt: nec post tot clades, quae usq; ad tantum urbem excidia peruererunt, cuiquam curæ fuit, uel cataphractas uel gales pedestribus reddere. Ita fit ut non de pugna, sed de fuga cogitent q; nudi in acie exponuntur ad uulnera.

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.

Quid enim pedes sagittarius sine cataphracta, siue ga-
lea, qui cū arcu scutum tenere nō potest, faciet? Quid
ipſi draconarij atq; signiferi, qui ſinistra manu hastas
gubernant, in p̄lēo facient: quorum & capita nuda
eſſe conſtat & pectora? Sed grauiſ pediti lorica uide-
tur, & galea fortaſſe raro meditanti, & arma tradiā-
ti. Cæterum quotidianus uſus non laborat: etiam ſi one-
roſa geſtauerit. Sed illi, qui laborem in portandis
ueteribus munimentis armorum ferre non poſſunt, de-
teclis corporibus & uulnera ſuſtinere coguntur &
mortes: & (quod eſt grauius & turpius) aut certe ca-
pi, aut fuga rempu. perdere. Sic dum exercitium labo-
remq; declinant cum maximo dedecore trucidantur

* mirus ut pecudes. Vnde apud antiquos † murus non diceba-
Murus pe- tur pedestrīs exercitus: niſi quod pilatæ legiones præ-
deſtrīs ex- ter ſcuta etiam cataphractis galeisq; fulgebant Uſque
ercitus. eo, ut sagittarij ſinistra brachia manicis munirentur.

Pedites autē ſcutati, præter cataphractas et galeas etiā
ferreas ocreas in dextris cruribus congerentur accipe-
re. Sic erant armati illi qui in prima acie pugnantes
principes, in ſecunda hastati, in tertia Triarij uocabā-
tur. Sed triarij genibus flexis ſolebat intra ſcuta ſub-
ſidera, ne ſtantes uulnerarentur uenientibus telis: et
cum neceſſitas poſtulasset, tanquam requieti uehemen-
tius inuaderent hostes, quibus conſtat ſæpe factam eſ-
ſe uictoriā, cū hastati illi, & qui priores ſteterant, im-
teriiffent. Erant autē apud ueteres inter pedites, qui
diceban-

Triarij.

dicebantur leuis armaturæ funditores et ferentarij: q
præcipue in cornibus locabantur, & a quibus pugnan-
di sumebatur exordiū. Sed hi uelocissimi & exercita-
tissimi legebatur. Nec erant admodū multi, qui ceden-
tes (si prælij necessitas cōpuliſſet) inter principia legi-
onū recipi solebāt, ita ut acies immota cōſisteret. Vſq;
ad præſentē prope etatem cōſuetudo permanſit, ut om-
nes milites pileis, quos panonicos uocabant, ex pellib⁹
ute entur. Quod propterea ferusbatur, ne grauius gæ-
lea uideretur homini in peſilio, qui gestabat aliquid
ſemper in capite. Niſſi la autem, quibus utebatur pede Pilæ.
ſtris exercitus, pilæ uocabantur, ferro ſubtili trigono
præfixa, unciarum nouem ſiuē pedali, quæ in ſcuto fi-
xa, non poſſent abſcindī: & loricam, ſcienter ac forti-
ter directa, facile perrūpunt: cuius generis apud nos
iā rara ſunt tela. Barbari autē ſcutati pedites his præ Bebræ.
cipue utuntur, quas bebras uocāt: & binas etiā ac ter-
nas i prælijs portāt. Sciendū præterea, q. cū niſſilibus
agitur, ſinistros pedes i ante milites habere debere.
Ita eni uiibrādis ſpiculis uehementior ictus eſt. Sed cū
ad pilā (ut appellāt) uenitur, & manu ad manū gla-
dijs pugnatur: tūc dextros pedes i ante milites habere
debet: ut & latera eorum subducātur ab hostibus, ne
poſſint uulnus accipere, & proximior dextra ſit, que
plagā poſſit inferre. Inſtruendos igitur ac protegēdos
oī arte pugnādi, et quoconq; genere armorū, cōſtat eſ-
ſe tyrones. Neceſſe eſt enim ut dimicādi acriorē ſumat

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.
audaciā, q̄ munītō cap̄ te uel pectore nō tinet uulnus.

¶ De munitione castrorum. Cap. XXI.

Castrorum quoq; munitionem debet tyro cōdīsa
cere. Nihil enim tam salutare, nēq; tam neccesa
rium inuenitur in bello. Quippe si recte constituta s̄
unt castra, ita intra uallum securi milites dies no
ctesq; peragūt, etiam si hostis obsideat, quasi muratam
ciuitatem uideātur secum ubiq; portare. Sed huius rei
sciētia prorsus intercidit. Nemo enim iam diu deductis
fossis, p̄fixisq; sudibus castra constituit. Sic diurno
uel nocturno superuentu equitum barbarorū, multos
exercitus scāmis frequenter afflictos. Non solū autem
confidentes sine castris ista patiuntur: sed cum in acie
casu aliquo cōperint cedere munimenta castrorū, quo
se recipiant non habent: & more animalium multi ca
dunt. Nec prius moriendi finis sit, quām hostibus defu
erit uoluntas persequendi.

¶ In quibus locis constituenda sint castra Ca. XXII.

Castrā autem p̄serrim hoste uicino, tuto semp
facienda sunt loco: ubi & lignorum & pabuli
& aquæ suppetat copia. Et si diutius commorandū sit,
loci salubritas eligatur. Cauendum etiā ne mons sit ui
cinus altior, qui ab aduersarijs captus possit officere.
Consyderandum etiā ne torrentibus inundari consue
uerit campus, & hoc casu uim patiatur exercitus. Pro
numero autem militum uel impedimentorum munien
da sunt castra: ne maior multitudine constipetur in par
uis

uis, neue paucitas in latioribus ultra quam oportet co-
gatur extendi.

CQuali specie delinienda sint castra Ca. XXIII.

In erdum autem quadrata, inter dum trigona, inter
dum semirotonda, prout loci qualitas aut necessitas
postulauerit, castra facienda sunt. Porta autem quæ ap-
pellatur prætoria, aut orientem spectare debet, aut illū Prætoria
locū qui ad hostem respicit, aut si iter agitur, illam par porta.
tem debet attendere, ad quā est profecturus exercitus.

Intra quā prime centuriae, hoc est cohortes, papilioes
tendunt & dracones & signa constituunt. Decumana Decumana
autē porta quæ appellatur, post prætoriam est: per quā porta.
delinquentes milites educuntur ad poenam.

CQuo genere munienda sint castra Ca. XXIII.

CAstrorum autem diuersa triplexq; munitio est.

Nam si nimia necessitas nō præmit: cespites circa
cenciduntur ē terra: & ex illis uelut murus instruitur.
Altus tribus pedibus super terram, ita ut in ante sit fos-
sa, de qua leuati sint cespites. Deinde tumultuaria fossa
sit lata pedes nouem, & alta pedes septem. Sed ubi uis
acrior imminet hostium, tunc latissima fossa ambitum
conuenit munire castrorum, ita ut 12. pedes lata sit,
et alta sib linea (sicut appellant) pedes nouem. Supra
aurem sepibus hincinde factis, quæ de fossa levata fue-
rit terra congeritur: & crescit in aliūm quatuor pe-
des. Sic fit utsit alta tredicim pedes, duodecim lata. Su-
pra quam sudes de lignis fortissimis, quas milites por-

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.
tare cōsueuerant, præfiguntur. Adquod opus ligones,
rastra, qualos, aliaq; utensilium genera habere conue-
nit semper in promptu.

CQuemadmodum munienda sint castra
cum hostis immineat. Caput. XXV.

Sed facile est absentibus hostibus castra munire:
uerū si aduersarius incumbat, tunc omnes equi-
tes, & media pars peditum, ad propulsandum hostium
impetū, ordinātur i acie: reliqui post ipsos ductis fossis
muniunt castra, & per præconem indicatur, quæ cen-
turia prima, quæ secunda, quæ tertia, quæ quarta opus
omne cōpleuerit. Post hæc a centurionibus fossa inspi-
citur ac mensuratur, & uideatur in eos qui negligē-
tius fuerint operati. Ad hunc ergo usum instituendus
est tyro, ut cum necessitas postulauerit, sine perturba-
tione celeriter possit castra munire.

CQuemadmodum exerceantur tyrones,
ut in acie ordinē & interualla custodiāt.

Caput. XXVI.

Nihil magis prodesse constat in pugna, quoniam
ut assiduo exercitio milites in acie dispositos
ordines in desinēter obseruent, nec ultra magis quam
expedit, aut cōglobent agmen, aut laxent. Nam etiam
constipati perdunt spacia pugnandi, & sibi inuicem im-
pedimento sunt. Et rariores atq; interlucentes aditum
perrūpēti hostibus præstant. Necesse est aut̄ statim me-
tu uniuersa confundi, si intercisa acie ad dimicantium
terga

terga accesserit. Producendi ergo tyrones sunt semper ad campum, & secundum matriculae ordinem in aciem dirigēdi, ita ut primo simplex extēsa sit acies, ne quas habeat curvaturas: ut æquali legitimoq; spacio miles distet a milite. Tunc præcipiendum, ut subito duplicant aciem: ita ut in ipso impetu, ad quem ipsi respondere solent, ordo seruetur. Tertio præcipiendum est, ut quadrata aciem repente constituant: quo facto in trigonum (quem cuneum uocant) acies ipsa mutanda est.

Quae ordinatio plurimum prodeſſe consueuit in bello. Iubetur etiam ut instruant orbes: quo genere cum uis hostium interruperit aciem, resisti ab exercitatis militibus consueuit, ne omnis multitudo fundatur in fagam, & graue discrimen immineat. Hæc si iuniores assidua meditatione perceperint, facilius in ipsa dimicacione seruabunt.

Quantum spacium ire uel redire debet, uel quoties in mense exerceri, cū educuntur milites ambulatū.

Caput. XXVII.

Preterea & uetus consuetudo permanſit, & diui Augusti atq; Hadriani constitutionibus præcauetur, ut ter in mense, tā equites quam pedites edificantur ambulatum: hoc enim uerbo, hoc exercendi genus nominant. Decē milia paſuum armati iſtructiq; oībustelis pedites, militari gradu ire ac redire iubebātur ī castra: ita ut aliq; itineris partē cursu alacriore cōſideret.

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.
ce ent. Equites quoq; diuisi per turmas armatiq; simi-
liter tantum itineris peragebant, ita ut ad equestrem
meditationem interdum sequerentur, interdum cede-
rent & , e cursu quodam impetus repararent. Non so-
lum autem in campis : sed etiam in cliiosis & arduis
locis & ascendere & descendere utraq; acies cogeba-
tur : ut nulla res uel casus prorsus pugnantibus possit
accidere, quam non ante boni milites assidua exercita-
tione didicissent.

De adhortatioē rei militaris Romanęq;
uirtutis. Caput. XXVIII.

Hec fidei ac deuotionis intuitu, imperator in-
uictæ, de uniuersis auxilioribus, qui rei milita-
ris disciplinam literis mandauerunt, in hunc libellum
enucleata concessi: ut in delectu atq; exercitatione ty-
ronum, si quis diligens uelit existere, ad antiquę uirtue-
tis imitationem facile corroborare possit exercitum.
Neq; enim degenerauit in hominibus Martius calor,
nec effete sunt terræ que lacedamontos, que Atheni-
ses, que Marsos, que Sānites, que Pelignos, que ipsos
progenuere Romanos. Nōne Epirotæ armis plurimè
aliquando ualuerunt? Nōne Macedones ac Theſſali, su-
peratis Persis usq; ad Indianam bellando penetrarunt?
Dacos autem & Moedos ad traces, intantum bellico-
sos semper fuisse manifestum est, ut ipsum Martem fa-
bule apud eos natum esse confirmet. Longum est
si uniuersarum prouinciarum uires enumerare contē-
dam,

dam, cum omnes in Romani imperij ditione consistant
sed longe securitas pacis homines partim ad delecta-
tionem ocij, partim ad ciuitalia traduxit officia. Ita cura
exercitij militaris, primo negligentius agi, postea dissi-
mulari, ad postremum olim in obliuionem perducta
cognoscitur. Nec al quis hoc superiorē etate accidiſſe
miretur, cum post primum punicū bellum uigintiquat
tuor circulis excursis annorum, pax ita Romanos il-
los ubiq; uictores ocio & armorum desuetudine encr-
uauerit, ut secundo bello punico Hannibali pares esse
non posset. Tot itaq; consulibus, tot ducibus, tot ex-
ercitiis amissis, tunc demum ad uictoriam peruenie-
runt, cum usum exercitiumq; militare condiscere pos-
tuerunt. Semper ergo legēdi & exercendi sunt iunio-
res. Ut ilius enim constat erudire armis suos, quam
alienos mercede conducere.

LIBER PRIMVS EXPLICIT.


CFLAVII VEGETII RENA-
ti de re Militari Libri Secūdi prologus.

Instituta maiorū artis armaturæ, præcipue clemēti-
am uestrā peritissimeq; retinere, cōtinuis declaras-
tur uictorijs ac triūphis. Siquidē indubitata approba-
tio artis, est rerum semper effectus. Verū aquillitas
tua, imperator inuicte, altiori consilio quam mens
poterat terrena concipere, ex libris antiqua deside-
rat: cū ipsam antiquitatē factis recentibus antecedat.

Cum

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.
Cum igitur hæc litteris breuiter comprehendere, maiestati uestræ non tam discenda quam recognoscenda præciperer, certauit saepius deuotio cū pudore. Quid enim audacius, quam domino ac principi generis humani, domitori omniū gentium barbararum, de usu ac disciplina insinuare bellorum? nisi forte iussis fieri quod ipse ges̄ses. Et rursum tanti imperatoris non obedire mandatis, plenum sacrilegij uidebatur atq; periculi. Miro itaq; modo in parendo audax factus sum: dū metuo uideri audacior, si negarem. Ad quam temeritatem, præcedens me indulgentia uestræ perenitas animauit. Nam libellum de delectu atq; exercitatione tyronum, dudum tanquam famulus obtuli: nec tamen culpatus abscessi. Nec formido iussus aggredi opus, qd' spontaneum ces̄sit impune.

TIn quot genera diuidatur res militaris. Caput. I.



ESIGITVR MILITARIS (sicut latinorum egregius auctor, carminis sui taſtatur exordio) armis conſtat et uiris. Hec in tres diuidit̄ur partes. Equites, Pedites, Classes.

Equitū † ale dicuntur, ab eo qd' ad similitudinē alaru ab utraq; parte protegat acies: quæ nūc uexillatioes uocātur a uelo, quia uelis, hoc est flāmulis, utūtur. Est aliud genus equitū, qui legionarij uocātur: propterea qd' connexi sunt legiōi. Ad quo rum

†aliū alares.
Vexellatio
nes.
Equites le
gionarij.

vñ exemplū, ocreati equites sunt iſtituti. Clasiiū itē duo genera sunt. Vnū liburnarū: aliud lusoriarū. Equitibus cāpi, classib⁹ maria et flumiua, peditibus colles, urbes, plana, & abrupta, seruantur. Ex quo itelligitur magis reip. necessarios pedites: qui posſūt ubiq; prodes ſe. Et maior numerus peditū, ſumptu & expenſa minore nutritur. Exercitus ex re ipſa atq; ope exercitiij, no mē accepit: ut ei nunq; licet obliuiſci, qd' uocabatur. Verū ipſi pedites, in duas diuīſi ſunt partes: hoc eſt, in auxilia & legiōes. Auxilia a ſocijs, uel foederatis gen- tibus mittebātur. Romana autē uirtus, præcipue in le- gionū ordinatione præpollet. Legio autē ab eligendo appellata ē: quod uocabulū corū de ſyderat fidem atq; diligentiam, quibus milites probantur. In auxilijs mi- nor, in legionibus longe amplior confueuit numerus militum aſcribi.

IQuid inter legiones & auxilia interſit. Cap. II.
DEniq; Macedones. Græci, Dardani, phalan- ges habuerūt: ut in una Phalāge armatorū o- cto milia conſerentur. Galli atq; Celtiberi, pluresq; bar- baricæ natiōes, cateruis utebantur in prælio: in quibus erāt ſena milia armatorū. Romani legiones habent, in quibus ſingulis ſena milia, interdum amplius, militare coſucuerunt. Quid autē inter legiones & auxilia in- terfeſe uideatur, expediā. Auxiliares conducuntur ad præliū ex diuersis locis, ex diuersis muneribus uenientes: nec disciplina inter ſe, nec noticia, nec affectatio ne con-

Clasium
duo gene-
ra.

Exercitus.
Peditū duo
genera.

Legio.

Phalāges.
Caterue.

Legio :

Auxiliares

Legio.

**Lewis ar-
matura.**

FLA. VEGETII DE RE MILITARI:
ne consentiunt. Alia instituta, aliis inter eos est usus
armorum. Necesse est autem tardius ad uictoriam per-
ueniri, qui discrepant antequam dimicent. Deniq; cum
in expeditionibus plurimum profit, omnes milites uni-
us præcepti significatione conueriti: non possunt equali-
ter iussa complere, qui ante pariter non fuerunt. Tamē
haec ipsa si solemnibus diuersisq; exercitijs prope quo-
tidie roborentur, non mediocriter iuuant. Nam legi-
onibus semper auxilia, tāquā leuis armatura in acie
iungebantur: ut in his præliandi magis adminiculum
esset quam principale subsidium. Legio autem proprijs
cohortibus plena, cum graue armaturam, hoc est prin-
cipes hastatos, triarios, antesignarios: Item leuem ar-
maturam, hoc est ferentarios, sagittarios, funditores
balistarios, cum proprios & sibi impositos equites Le-
gionarios, iisdem matriculis teneat: cū uno animo pa-
rique consensu castra munit, aciem instruat, prælium
gerat ex omni parte perfecta: nulloque extrinsecus in-
digens adiumento, quantumlibet hostium multitudi-
nē superare cōsueuerat. Documētū est magnitudo Ro-
mana, quæ semp cū legionibus dimicans, tantū hostiū
uicit, quantum uel ipsa uoluit uel re: um natura p̄misit.

CQue causa exhausti fecerit legiones. Caput. III.
T Egionum nomen in exercitu permanet hodie: sed
per negligenciam superiorum tēporum, robur
infraclū est, cū uirtutis præmia occuparet ambitio, et
p̄ gratiā p̄moueretur milites, qui p̄moueri cōsueverāt
per labore

Deinde cōtubernalibus completis & pendijs, per testimoniales ex more dimissis, non sunt alij substituti. Præterea necesse est, morbo aliquātos debilitatri atq; dimitti: aliquantos militiam deserere, uel diuersis casibus interire: ut nisi annis singulis, imo singulis pene mensibus ī recedentiū locum iuniorum turba succedat, quāuis copiosus exhaustatur exercitus. Est & alia causa, cur attenuatae sint legiones. Magnus in illis labor est militādi, graviora arma, sera munera, seuerior disciplina. Quod uitantes pleriq; in auxilijs saepē festinant militie sacramenta percipere: ubi & minor sudor & matutinaria sunt præmia. Cato ille maior, cum & armis invictus esset, & consul exercitum saepē duxisset, plus se reip. creditit profuturum, si disciplinam militarem cōficeret in literas. Nā unius etatis sunt res quæ fortiter fiunt: quæ uero pro utilitate reip. scribuntur æternā sunt. Idem fecerunt alij complures: sed præcipue Frōtinus diuo Traiano ob eiusmodi comprobatur industria. Horū instituta, horū præcepta, inquantū ualeo, stricti fideliterq; signabo. Nam cū easdē expēsas faciat & diligenter et negligēter exercitus ordinatus, non solū præsentibus, sed etiam futuris sœculis proficiet: si prævisione maiestatis tuae imperator Auguste. & fortissima dispositio reparetur armorum, & emendetur dī simulatio præcedentium.

Cato rei
militaris
scripior.

¶ Quotenas legiones antiqui ad bellū duxerūt.

Caput. III:

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.

IN omnibus authoribus inuenitur, singulos consules aduersus hostes copiosissimos, non amplius quam binas duxisse legiones, additis auxilijs sociorum Tanta in illis erat exercitatio, tanta fiducia, ut cuius bello duæ legiones crederentur posse sufficere. Quapropter ordinationem legionis antiquæ secundū normam militaris iuris exponam. Quæ descriptio si obscurior aut impolitior uidebitur: non mihi, sed difficultati ipsius rei conuenit imputari. Attento itaq; animo sèpius relegenda sunt, ut memoria intelligentiaq; ualeant comprehendendi. Necesse est enim inuidiam esse rēp. cuius imperator militari arte percepta, quantos uoluerit faciat exercitus bellicosos.

CQuemadmodū legio constituatur.

Caput. V.

Diligenter igitur lectis iunioribus, animis corporibusq; præstantibus, additis etiam exercitiis quotidianis, quatuor, uel eo amplius mensū, iussu auspicijsq; iuicissimi principis legio formatnr. Nā + pieturis in cute punctis milites scripti et matriculis inseriti iurare solent. Et ideo militiae sacramenta dicuntur. Iurant autem per deum & christum & spiritum sanctum, & per maiestatem imperatoris, quæ secundū deum generi humano diligenda est et colenda. Nā imperatori, um Augusti ncmē accepit, tanquam præsentis et corporali deo fidelis est præstāda deuotio: & impēdendus perwigil famulatus. Deo enim uel priuatus, uel militans

+ pictis

Militie sa-
cramenta.

litans seruit, cum fideliter eum diligit, qui deo regnat autore, Iurant autem milites omnia se strenue facturos, quæ præcepere imperator, nunquam deserturos militiam, nec mortem recusatueros pro Romana rep.

CQuot cohortes in una sunt legione. Itē
quot milites in una cohorte. Caput. VI.

Sciendum est autem in una legione decim cohortes esse debere. Sed prima cohors reliquas, & numero militum, et dignitate præcedit. Nam genere et in stitutione literarum viros electissimos querit. Hæc enī suscipit aquilam: quod præcipuum signum ī Romano est semper exercitu, & totius legionis insigne. Hæc ī magines imperatorum, hoc est diuina & presentia signa ueneratur. Habet pedites mille centum quinque. Equites loricatos centum triginta duos: & appellatur cohors milliaria. Hæc caput est totius legionis: ab hac, cum pugnandum est, prima acies incipit ordinari. Secunda cohors habet pedites. 555. Equites loricatos. 66. & appellatur cohors quingentaria. Tertia cohors similiter habet pedites. 555. Equites. 66. sed in hac cohorte tertia, validiores probari moris est: quia ī media acie consistit. Cohors quarta habet pedites quingentos quinquaginta quinq;. Equites. 66. Cohors quinta habet totidem. Sed & ipsa strenuos desyderat milites: quia sicut prima in dextro, ita quinta in sinistro ponitur cornu. Hæc quinque cohortes in prima acie ordinantur. Sexta cohors habet pedites. 555. Equites.

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.

In ipsa quoq; enucleati ascribendi sunt iuniores : quia in secunda acie post Aquila & Imagines cohors sexta consistit. Cohors septima habet pedites. 555. Equites. 66. Cohors octava habet pedites. 555. Equites 66. Sed & ipsa animosos desyderat uiros : quia in secunda acie consistit media. Cohors nona habet pedites. 555. equites. 66. Cohors decima habet pedites. 555. equites. 66 & ipsa bonos accipere consuevit bellatores : quia in secunda acie sinistrum possidet cornu. His decem cohortibus legio plena fundatur, quae habet pedites sex milia centū equites septingētos trigesinta. Minor itaq; numerus armatorū in una legione esse nō debet. Major autem interdum esse consuevit, si non tantum una cohortē, sed etiam aliās miliarias fuerit iuſa suscipere

Nomina & gradus principiorum legionū.

Caput. VII.

Principia

Antiqua ordinatione legionis exposita, principium militum, et (ut proprio utar uocabulo) principiorum nomina & dignitates secundum praesentes matriculas indicabo. Tribunus maior per epistolā sacrā imperatoris iudicio destinatur. Minor tribunus prouenit ex labore. Tribunus autem uocatur a tribu, tribuendoq; iure : quia praest militibus quos ex tribus primus Romulus legit. Ordinarij dicuntur qui in p[re]lio praesunt & primos ordines ducunt. Augustales ap[petantur] pellantur qui ab Augusto ordinarijs iuncti sunt. Flaviales. uiales item tanquam secundi augustales, a diuino Vespasiano

Tribunus

Ordinarij

Augustales

Flaviales.

siano sunt legionibus additi. Aquiliferi qui aquilam Aquiliferi.
 portant. Imaginarij, uel imaginiferi qui imperatorum Imaginarij
 imagines portant. Optiones ab optando appellati, q. Optiones.
 antecedentibus ægritudine pæpeditis, hi tanq; adoptati Signiferi.
 eorū, atq; uicarij solēt uniuersa curare. Signiferi, q si Tesserarij.
 gna portat: quos nūc draconarios uocant. Tesserarij, Tessera qd.
 qui tesseram per cōtubernia militū nunciant. Tessera campigena
 autem dicitur pæceptum ducis ul ad aliquā opus quo Metatores
 uel ad bellum mouetur exercitus. Campigeni, hoc est Beneficia
 ante signani, ideo sic nominati, quia eorum opera atq; rij.
 uirtute exercitij genus crescit in campo. Metatores q Librarij.
 pæcedentes, locum eligunt castris. Beneficiarij, ab eo Tucicines.
 appellati, quod promouentur beneficio tribunorum. Cornici
 Librarij, ab eo quod in libros referant rationes ad mīnes.
 lites pertinentes. Tubicines, Cornicines, & Buccinato Buccinato-
 res qui tuba, uel æreo cornu, uel buccina committere res,
 pæliū solent. Armaturæ duplares, que binas cōsequiū Armaturæ
 tur annonas. Simplares, quæ singulas. Mensores, q in Mensores.
 castris ad podium demetiuntur loca, in quibus milites Torquati.
 tentoria figant: uel hospicia in ciuitatibus pæstant. Canditadi.
 Torquati duplares, Torquati simplares, quibus tor- Mucifices.
 ques aureus solidus uirtutis pæmium fuit: quem qui
 meruisse, pæter laudē interdū duplas consequebatur
 annonas: duplares duas, simplares unā. Erant et secun-
 dū annonam candidati duplares, cōdidati simplares. Hi
 sūt milites principales, qui priuilegijs mununtur. Re-
 ligi munifices appellantur, quia munia facere coguntur.

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.

¶ Nomina eorum qui antiquos ordines du-
cebant. Caput. VIII.

Centurio
primipili.

Primus ha-
bilius.

Ducenarii

Princeps
primo co-
hortis.

Hastatus
secundus

Triarius
prior.

Cennturio
nes.

Centenarij
Decani.

Caput con-
tubernij

V ETUS autem consuetudo tenuit, ut ex primo pri-
cipe legionis, promoueretur Centurio primipili:
qui non solum aquilæ præerat, uerum etiam quatuor
centurias, hoc est quadringentos milites, in prima
acie gubernabat. Hic tamen caput totius legionis me-
rita consequebatur et commoda. Item primus hastatus
duas ceterarias, i.e. ducentos homines ducebat in acie secunda,
quem nunc ducenarium uocant. Princeps autem pri-
mæ cohortis centuriam et semis, hoc est centum quin-
quaginta homines gubernabat. Ad quem prope omnia,
que in legione ordinanda sunt, pertinent. Item secun-
dus hastatus centuriam et semis, id est centum quin-
quaginta milites gubernabat. Triarius prior, centum
homines regebat; sic decem centuriæ cohortis primæ, a
quinquaginta ordinarijs regebantur: quibus magna utilita-
tes et magnus honor est a ueteribus constitutus: ut cae-
teri milites ex tota legione omni labore ac deuotione
contenderent ad tanta præmia peruenire. Erant etiā
centuriones qui singulas centurias curabant: qui nunc
centenarij nominantur. Erant decani, denis militibus
præpositi: qui nunc caput contubernij uocantur. Secun-
da cohors habebat ceteriones quinq; Similiter tertia,
quarta, quinta, usq; ad decimam cohortem: in tota autem
legione erant centuriones. 55.

¶ De officio præfetti legionis. Caput. IX.

Sed

Sed legati imperatoris ex cōsularibus ad exercitū mittebantur, quibus legiones & auxilia universa obtemperabant in ordinatione pacis uel necessitate bellorum: in quorum locum nunc illustres viros constat magistros militum substitutos: a quibus non tantum binæ legiones, sed etiam plures numero gubernantur. Proprius autem iudex erat præfetus legiōis, Præfetus habens communem primi ordinis dignitatem: qui ab legionis sente legato, tanquam uicarius ipsius, potestatem maximam retinebat. Tribuni uel centuriones, ceteriq; milites, eius præcepta seruabant: Vigiliarum siue profecti onis tessera petebatur ab eodem. Similes crimen aliquā admississet, auctoritate præfetti legionis deputabatur a tribuno ad pœnam. Arma omnium militum, item equi, uestes, annona, ad curam ipsius pertinebant. Disciplinæ ius & seueritas & exercitatio, non solum peditum, sed etiam equitum legionariorū, præcepto eius quotidie curabatur. Ipse autem custos diligēs & sobrius, legionem sibi creditam assiduis operibus ad omnem deuotionem, ad omnem afformabat industria: sciens ad præfetti laudem subiectorum redundare uirtutem.

C De officio præfetti castrorum. Caput. X.

Erat etiam castrorum præfetus: licet inferior dignitate, occupat⁹ tamē nō mediocribus causis: ad quem castrorum positio, ualli & fossæ destinatio pertinebat. Tabernacula uel casæ militum, cum impedimentis oībus, nutu ipsius curabantur. Præterea ægri

PLA. VEGETII DE RE MILITARI.
contubernales, & medici (a quibus curabantur) exp̄
ſe, etiam ad eius industria pertinebant. Vehicula
ſagittarij nec non etiam ferramenta quibus materies
ſecatur uel ceditur quibusq; aperiuntur foſſe circa ſi-
tum ualli et aquae ductus. Item ligna uel stramine, arie-
tes, onagri, balistæ, ceteraq; genera tormentorum, ne-
deſſent aliquando procurabat. Is post longam proba-
tamq; militiam peritissimus omnium legebatur: ut re-
cte diceret alios quod ipſe cum laude feciſſet.

T De officio præfecti fabrorū. Cap. XI.

H Abet præterea legio fabros lignarios instru-
tores, carpentorios, ferrarios, pictores, reli-
quosq; artifices ad hybernorū ædificia fabricanda, ad
machinas, turres ligneas, ceteraq; quibus uel expugna-
tur aduersariorum ciuitates, uel defenduntur propriæ,
præparatos. Qui arma, qui uehicula ceteraq; genera
tormentorum uel noua facerent, uel quassata repararent. Habant etiam fabricas scutarias, loricarias, ar-
cuarias in quibus sagittæ, missilia, caſſides, omniaq; ar-
morum genera formabatur. Hec enim erat cura preci-
pua, ut quicquid exercitui neceſſariū uidebatur, nunq;
deſſet in caſtris: uſq; eo, ut etiā cunicularios hērent,
qui ad morem Beſſorum, ducto ſub terris cuniculo, mu-
risq; intra fundaſta perfoſſis, improuisi emergeret
ad urbes hostium capiendas. Horum iudex erat propri-
us præfectus fabrorum.

T De officio tribuni militum. Cap. XII

Decem

Decem cohortes habere legionem diximus: sed prima erat miliaria, in qua censu, genere, literis, forma, uirtute, pollentes milites mittebantur. Hic tribunus praeerat armorum scientia, uirtute corporis, moru honestate praeceps. Reliquae cohortes prout principi placuisse, a tribunis uel a præpositis regabantur. Tanta autem seruabatur exercendi milites cura, ut non solu tribuni uel præpositi cotubernales sibi creditos, sub oculis suis iuberent quotidie meditari: sed etiam p[ro]p[ter]i armorum arte perfecti, ceteros ad imitationem proprio cohortarentur exēplo. Tribuni autem sollicitudo per hanc laudatur industria: cū miles ueste nitidus, armis bene munitus ac fulgens, exercitijs usu & disciplina eruditus incedit.

De centurijs atq[ue] uexillis peditum. Ca. XIIII Aquila.

Primū signū totius legiōis est Aquila, quā aquili Dracones, fer portat. Dracones etiā p[ro]p[ter] singulas cohortes a draconarijs ferūtur ad præliū. Sed antiqui, q[uod] sciebāt in acie cōmissō bello celeriter ordines aciesq[ue] turbari atq[ue] cōfundi: ne hoc posset accidere, cohortes in centurijs diuiserūt, & singulis cēturijs singula uexilla constiuerūt: ita ut ex qua cohorte uel quota esset centuria in illo uexillo literis esset asscriptū: qd' intuētes uel legētes milites, in quātouis tumultu, a cotubernalibus suis aberrare nō posset. Cēturiōes insuper, q[uod] nunc centenarij uocātur, nimium bellicosos loricatos, transumptis casidū cristi, ut facilius noscerētur, singulas iusserūt

FLA. VEGETII DE RE MILITARI
gubernare centurias: quatenus nullus error existaret,
cum centeni milites sequerentur, non solum uexillum
suum: sed etiam centurionem qui signum habebat in ga-
lea. Rursus ipse centuriae in contubernia diuisæ sunt:
ut decem militibus, sub uno papilione degettibus, unus
Decanus quasi præcesset decanus, qui caput contubernij nomina-
Manipulus tur. Concubernum autem manipulus vocatur, ab eo
quod coniunctis manibus pariter dimicabant.

¶ De turmis equitum legionariorum. Cap. XIII

Turma
Decurio.

Quemadmodum inter pedites centuria uel mani-
pulus appellatur, ita inter equites turma dici-
tur. Et habet una turma equites. 32. Huic q
præest, Decurio nominatur. Centum enim pedites ab
uno centurione, sub uno uexillo gubernantur: similiter
32. equites ab uno decurione, sub uno uexillo reguntur.
Præterea sicut centurio eligendus est magnis viribus,
procera statura, qui hastas uel missilia perite iacula-
tur & fortiter, q dimicari gladio qui scutum rotare do-
ctissime nouerit, qui omnem artem didicerit armaturæ,
uigilans, sobrius, agilis, magis ad facienda quæ ei im-
perantur, quam ad loquendum paratus. Contuberniales
suos ad disciplinam retineant, & ad armorum exerci-
tium cogat, ut bene uestiti & calciati sint, ut arma om-
nium defrictentur ac splendeant. Similiter eligendus
est decurio qui turme equitum preponatur, imprimis
habili corpore: ut loricatus & armis circundatus, om-
nibus cum summa admiratione equum posset ascendere,
equi-

equitare fortissime, conto scienter uti, sagittas doctissime mittere, turmales suos. i. sub cura sua equites possitos, erudire ad omnia quae equestris pugna depositit: eosdem cogere loricas suas uel cataphractas, cōtos suos & cassides frequenter tergere & curare. Plurimū enī terroris hostibus armorū splendor importat. Quis credit militē bellicosum, cuius dissimulatione situ ac rubigine arma fœdantur? Non solum autem equites, sed etiā ipsos equos assiduo labore conuenit edomari. Itaq; ad decurionē & sanitatis & exercitationis tam hominum quā equorum pertinet cura.

CQuemadmodum legionū acies instruantur. Ca. XV.

Nunc qualiter instruenda sit acies, si pugna immineat, declaretur unius legionis exēplo: qd' si usus exegerit transferri posset ad plures legiones. Equites locantur in cornibus. Acies peditū a prima cohorte incipit ordinari in cornu dextro. Huic cohors secunda coniungitur. Tertia cohors in media acie collocatur. Huic annexitur quarta. Quinta uero cohors sinistrum suscipit cornu: sed ante signa, et citra signa. Nec nō i prima acie dimicātes, principes vocabantur, hoc est ordinarij, ceteri q; principales. Hac erat grauis armatura, qui habebant cassides, cataphractas, ocreas, scuta, gladios maiores, quos spathas uocant, & ali os minores, quos semispathas nominant, plūbatas quinas positas in scutis, quas primo impetu iaciunt. Item binda missilia, unū maius, ferro triangulo, unciarū no-

Turmales.

Principes

Sphata.
Semispata.

Pilum. uem hastili pedum quinque & semis, quod pilū voca-
bant, nunc spiculum dicitur. Ad cuius ictum præcipue
exercebantur milites, quod arte & uirtute directum,
& scutatos pidites, & loricatos equites sepe trāsuer-
berat. Aliud minus, ferro triangulo, unciarum quinq;
hastili trium pedum & semis, quod tunc uerriculum,
Verriculū. nunc uerutum dicitur. Prima acies principum. Secun-
da hastatorum, armis talibus docetur instructa. Post
Pherenta- hos erāt Pherentarij & leuis armatura. quos nunc au-
ry. xiliatores & armaturas dicimus. Scutati qui plūbati
Scutati. uel gladijs & missilibus accincti, sicut nunc prope om-
nes milites uidētur, armati erant. Item sagittarij, cum
Fundito- cassidibus, cataphractis, et gladijs, sagittis, et arcubus
res. Erant funditores, qui ad fundas uel fustibalos lapides
Triangu- iaciebant. Erant triangularij, qui ad manubalistas uel
larij. arcubalistas dirigebant sagittas. Secunda acies simili-
ter armabatur: in qua consistentes milites, hastati uoca-
bantur. Sed in secunda acie, dextro cornu, cohors sexta
ponebatur: cui iungebatur septima. Octaua cohors me-
diam aciem tenebat, nona comitante. Decima cohors
in undecima acie, sinistrum semper obtinebat cornu.

Quā admodū triarij uel cēturiōes armētur ea. XVI
Triarij. **P**ost omnes autem acies, triarij cum scutis, cata-
phractis et galeis ocreati cum gladijs, semiispha-
tis, plūbati & binis missilibus locabātur: qui genu po-
sito subsidebāt, ut, si prima acies uiceretur, ab his qua-
si deintegro reparata pugna, posset reparare uictoriā.
Omnes autem signarij uel signiferi, quamvis pedites,
loricas minores accipiebant: & galeas ad terrorem ho-

stium, ursinis pellibus tectas. Centuriones uero habebat cataphractas, scuta, et galeas ferre: sed transuersis et argentatis cristicis, ut facilius cognosceretur a suis.

Conīssa pugna graue armaturā stare p muro. XVII.

Illud autē sciendū est, et molis oībus retinendū: conīso bello, prima ac secunda acies stabant immota. Triarij quoq; residebant. Pherentarij autē armaturae scutatores, sagitarij, funditores, hoc ē leuis armatura aduersarios prouocabant ante aciē pcedentes: si hostes fugare poterant sequebantur, si corū uirtute ac multitudine premebātur, reuertebātur ad suos et post eos stabat. Excipiebat autē praeliū grauis armatura, et tanq murus (ut ita ducā) ferreus stabat, nō solū missilibus: sed etiam gladijs cominus dimicabat. Et si hostes fugerent nō sequebatur grauis armatura, ne aciē suā ordinatioemq; perturbaret, et ad dispersos recurrētes hostes, in cōpositos opprimeret: sed leuis armatura cū funditoribus, sagitarijs, et equitibus, fugientes sequebatur iūnigos. Hac dispositione atq; cautela sine periculo legio ricebat, aut supata seruabatur ī colūis: quia ius legiōis est facile nec fugere nec sequi. **C**Noī militū et gradus in scutis corū aduersis scribenda. Ca. XVIII.

Sed ne milites aliquando in tumultu praelijā suis contubernalibus aberrarent, diuersis cohortibus diuersi in scutis signa pīgebāt: que ipsi noīant dignata sicut etiā nūc moris est fieri. Præterea ī aduerso scuto unuscuiusque militis, literis erat nomen ascriptum, addito ex qua esset cohorte, qua ue centuria.

Dignata.

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.
Ex his ergo apparet legionem bene institutam, quasi
munitissimā esse ciuitatem, quae omnia prælio neces-
saria secum ubique portaret, nec metueret repentinum
hostium superuentum, quae etiam in medijs campis subi-
to foſſa ſe ualioque muniret: quae omne genus militum
contineret & armorum. Si quis ergo pugna publica ſu-
perare Barbaros cupit, ut diuinitatis nutu, diſpositione
imperatoris iniicti reparentur, ex tyronibus legiones
uotis omnibus petat. Intra autem breue ſpacium tem-
poris, iuniores diligenter electi & exercitati, quoti-
die, non ſolum mane: ſed etiam poſt meridiem, omni ar-
morum diſciplina uel arte bellandi, ueteres illos mili-
tes, qui orbem terrarum integrum ſubegerunt, facile
coequabunt. Nec moueatur: Cæſar, tua maiestas: quod
† nocuit olim confuetudo eſt mutata que † uiguit: ſed huius pro-
uisionis ac fœlicitatis eſt perhennitas tua, quod pro ſa-
lute reip. & noua excogitet & antiqua restituat. Om-
ne enim opus diſſicile uidetur antequam tentes. Cæterū
ſi exercitati & prudentes uiri delectui præponantur,
celeriter manus bellis apta poterit aggregari & dili-
genter iuici. Quiduis enim efficit ſolertia, ſi compe-
tententes non denegentur expenſæ.

¶ Præter corporis robur notarum uel compu-
tandi artem in tyronibus eligendam.

Caput. XIX.

S Ed quoniam in legionibus plures ſcolæ ſunt, quae
literatos milites querunt: ab his qui tyrones pro-
bant

bāt in oībus quidē statura magnitudinem, corporis robur, alacritatem animi, conuenit explorari. Sed i qui busdam notarum peritia, calculandi computandique usus exigitur. Totius enim legionis ratio, siue obsequi orum, siue militarium numerorum, siue pecuniae quotidie ascribitur actis maiore prope diligentia, quā res annonaria uel ciuilis politicis libris annotatur. Quotidianas etiam in pace uigilias. Item excubitum siue aggreas, de omnibus centurijs & cōtubernijs, que uicissim milites faciunt: ut ne quis contra iusticiam prægrauetur, aut alicui præstetur immunitas. Nomina eorum qui uices suas fecerunt, breuibus inseruntur. Quādo quis commeatum acceperit, uel quot dierum, annotatur in breuibus. Tunc enim difficile commeatus datur: nisi causis iustissimis approbatis. Nec aliquibus milites instituti deputabantur obsequijs, nec priuata ijsdem negotia mandabantur. Siquidem incongruum uideretur, imperatoris milite, qui ueste et annona publica pascebatur, utilitatibus uacare priuatis. Ad obsequia tamen iudicū uel tribunorum, nec non etiam principium deputabantur milites, qui uocabantur accensi, hoc est postea additi quam fuisse legio completa: quos nunc supernumerarios uocat. Fascicularia tamen. i. lignum, fœnum, aquā, stramen etiam legitimi milites in castra portabant. Munifices enim ab eo appellantur, q̄ hec munia faciant.

Donatiui partem dimidiā debent apud signa

Accensi.
Supernumerarij.

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.
signa sequestrare militibus seruandam.

Caput. XX.

Illud uero ab antiquis diuinitus institutum est, ut ex donatiuo quod milites consequuntur, dimidia pars sequestraretur apud signa. Et ibidem ipsis militibus seruaretur: ne per luxum aut inanem rerum comparationem, a contubernalibus posset absumi. Plerique enim homines et præcipue pauperes tam um erogant, quantum habere potuerūt. Sepositio autem ista pecuniae, primum ipsis contubernalibus docetur accomoda. Nam cum publica substententur annona, ex omnibus donatiuis augetur eorum pro medietate castrense peculium Miles deinde, qui sumptus suos scit apud signa depositos, de deserendo nihil cogitat: magis diligit signa. Pro illis in acie fortius dimicat more humani ingenij, ut pro illis habeat maximam curam: in quibus suam uidet positam esse substantiam. Deniq; 10. folles hoc est. 10. sacci, per cohortes singulas ponebantur: in quibus hec ratio condebatur. Addebatur etiam saccus undecimus, in quem tota legio particulam aliquam cōferebat, sepulturæ scilicet causa: ut si quis ex contubernibus defecisset, ex illo undecimo sacco ad sepulturā ipsius promeretur expensa. Hæc ratio apud signiferos (ut nunc dicunt) in cophyno seruabatur. Et ideo signiferi non solum fideles, sed etiam literati homines eligebantur: qui et seruarent deposita, et scirent singulis reddere rationem.

CIn legione ita fieri promotiones, ut per oēs cohōrtes trāscāt q̄ promouentur. Cap. XXI

Non tantum humano consilio, sed etiam diuiniatatis instinctu, legiones arbitrora Romanis cōstitutas. In quibus 10. cohortes ita sunt ordinatæ, ut omnium unum corpus, una uideatur esse coniunctio. Nam quasi in orbem quendam per diuersas cohortes & diuersas scholas milites promouentur: ita ut ex prima cohorte ad gradum quempia promotus uadat ad decimā cohortem: & rursus ab ea, crescentibus stipendijs, cū maiore gradu per alias recurrat ad primam. Ideo primipili centurio, postquam in orbem omnes cohortes per diuersas administraverit scholas, in prima cohorte ad hanc peruenit palmam: in qua ex omni legione infinita commoda consequatur. Sicut primicerius in officio præfectorum pretorioq; ad honestum questuosumq; militiæ peruenit gradum: ita legionarij equites cohortes suas contubernii affectione uenerātur: cum natura liter equites a peditibus soleant discrepare. Per hanc ergo contexionem, in legionibus, & omnium cohortū equitum peditumq; seruabatur una concordia.

Primicerius.

CQuid inter tubicines et cornicines & classicū intersit. Caput XXII

Habet præterea legio tubicines, cornicines, & buccinatores. Tubicines ad bellū uocat milites & rursū receptui canētes reuocat. Cornicines quoties canūt, nō milites: sed signa ad eorū obtēperantnutum

Ergo

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.

Ergo quotiens ad aliquid opus exituri sunt soli milites, tubicines canunt. Quotiens mouenda sunt signa, cornicines canunt. Quotiens autem pugnatur, & tubicines & cornicines pariter canunt. Clas sicum itē ap-

pellatur, quod buccinatores per cornu dicūt. Hoc insigne uidetur imperij: quia clas sicum canitur imperatore præsente, uel cum in militem capitaliter animaduer titur: quia hoc ex imperatoris legibus fieri necesse est. Si uero ad uigilias uel angarias faciendas, siue ad opus aliquod, uel ad decursionem campi excunt milites, tubi cine uocante operantur, & rursus tubicine admonente cessant. Cum autē mouentur signa, aut iam mota signa sunt: cornicines canunt. Quod ideo in omnibus exercitiis & processionibus custoditur, ut in ipsa pugna facilius obtempercent milites: siue eos pugnare, si ue stare, siue sequi, uel redire præceperent duces. Si quidem ratio manifesta sit, semper in ocio debere fieri: qd' necessario faciendum uidetur in prælio.

¶ De exercitatione militum. Ca. XXIII

Legionis ordinatione digesta, ad exercitium reuertamur: unde (sicut iam dictum est) exercitus nomen accepit. Iuniores quidem & noui milites, mane & post meridiem ad omne genus exercebantur armorum. Veteres autē & eruditi sine intermissione semel in die exercebantur armis. Neque enim longitudo ætatis aut annorum numerus artem bellicam tradit: sed post quanta uolueris stipendia, inexcitatus miles semper

semper est tyro. Idecirco armaturam quæ festis diebus
 exhibetur, non tantum qui sub campi doctore sunt, sed
 cunctes & qualiter contubernales quotidiana meditatio-
 ne discabant, & corporis uelocitatem. Nam & uoloci-
 tas usi ipso acquiritur corporis, & scientia feriendi ho-
 stem seq; protegendi, præsertim si gladijs cominus di-
 micetur. Illud uero maius est, ut seruare ordines discat,
 ut uexillum suum in tantis permixtionibus in ipsa pro-
 lusione comitentur. Nec inter doctos aliquis error ex-
 istat, quamuis in multitudine sit tanta confusio. Ad pa-
 lum quoq; uel sudes iuniores exerceri percommodeum
 est, cum latera uel pedes aut caput petere, punctum ce-
 sumq; condiscant. Saltus quoq; & ictus facere pariter
 assuecant, insurgere tripudiates in clavicem: rursusq;
 subsidere, nunc gestiendo prouolare cum saltu, nunc ce-
 dentes in terga resilire. Missilibus etiam palos ipsos
 procul ferire meditentur: ut & ars dirigendi, & de-
 xtræ uirtus possit accrescere. Sagittarij uero uel fundi-
 tores scopas, hoc est fruticū uel stramūm fasces, pro-
 signo ponebant: ita ut sexcenti' pedibus remoueretur
 a signo, ut sagittis uel certe lapidibus ex fustibalo de-
 stinatis, signum sepius tangerent. Propterea sine tre-
 pidatione in acie faciebant, quod ludentes in campo fe-
 cerant. Semper assuēscendū est etiam, ut semel tantum
 funda circa caput rotetur, cum ex ea emittitur saxum.
 Sed & manu sola, omnes milites meditabantur libra-
 lia saxa tacclare: qui usus paratior creditor, quia non

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.
desyderat fundā. Missilia quunque uel plūbatas iugi &
perpetuo exercitio dirigere cogebantur: usque adeo, ut
tēpore hyemis detegulis uel scādulis, quæ fidæ eſſent et
certæ, de cānis, ulua uel culmo & porticus tegrentur
ad quites, & quedam uelut basilicæ ad pedites: in qui-
bus tēpeſtate uel uentis aëre turbato, ſub teſto armis
erudiebatur exercitus. Cæteris autē etiā hyberniſ di-
ebus, ſi niues pluuiæque ceſſarēt, exerceri cogebātur in
cāpo:ne intermiſſa cōſuetudine, animos militum debili-
tarēt et corpora. Syluā cædere, portare onera, trāſili-
re fossas, natare in mari ſiue fluminibus, gradu pleno
ambulare, uel currere etiā armatos cum ſarcinis ſuis:
frequentiffime cōuenit ut quotidiani laboris uſus i pa-
ce, difficultis nō uideatur i bello. Siue ergo legio fuerit,
ſiue auxilia: exerceantur affidue. Nam ſicut bene exer-
citatus miles prælium cupit: ita formidat indoctus. Po-
ſtremo ſciēdum eſt, i pugna uſum amplius prodeſſe q̄ ui-
res. Nam ſi doctrina ceſſet armorum, nihil paganus di-
ſtat a milite.

CExempla adhortationum exercitiij militaris,
de alijs artibus traſta. Cap. XXIII.

AThleta, uenator, auriga, propter exigua mer-
cedem, uel certe plebis fauorem, continua me-
ditatione artes ſuas aut feruare aut augere conſueſ-
cunt. Militem, cuius eſt manibus feruanda reſpublica,
ſtudioſius oportet ſcientiam dimicandi, uſumque rei
bellicae iugibus exercitijs cuſtodire. Cui contingit nō
tantum.

tantum gloria uictoria, sed etiam amplior præda: quemque ad opes ac dignitates ordo militiae & imperatoris iudicium consuevit euhere. Artifices scenici ab exercitijs nō recedunt pro laude uulgi. Miles sacra mento lectus ab exercitijs armorum, uel nouellus uel iam uetus ceſſare non debet: cui pugnādum est pro salute propria & libertate comuni: præsertim cum antiqua sit prudensque sententia, omnes artes in meditatione consistere.

T Enumeratio ferramentorum uel machinarum legionis. Cap. XXV.

L Egio autem nō tātum militum numero: sed etiā genere ferramentorum uincere consueuit. Primum omnī instruitur iaculis, quae nullæ lorice, nulla possunt scuta sufferre. Nam per singulas centurias singulas carrobalistas habere cōsueuit, qbus muli ad trahendum, & singula contubernia ad armādum uel dirigendum, hoc est undecim homines, deputātur. Nam haec quanto maiores fuerint, tāto longius ac fortius tela iaculantur. Non solum autem castra defendunt: uerum etiam in campo post aciem grauis armaturæ ponūtur. Ad quarum impetum, nec equites loricati, nec pedites scutati possunt obſtare. In una autem legione quinquaginta quique carrobalistæ eſſe ſolēt. Itē decē onagri, hoc eſt, singuli p singulas cohortes ī carpentis bobus luob⁹ portātur armatis: ut ſi forte hostes ad oppugnāti uenerit uallū, sagittis et saxis poſſint caſtra defēdi.

F L A. VEGETII DE RE MILITARI.
Scaphas quoq; de singulis trabibus excavatas, cū longissimis funibus, interdum etiam ferreis catenis, secū legio portat: quatenus contextis eisdem (sicut dicunt) monoxylis, superiectisq; tabulatis, flumina sine pontibus, quæ vadari nequeunt, tam a peditibus quam ab equitibus sine periculo transeantur. Habet ferreos harpagones, quos lupos vocant: & falces ferreas confixas longissimis contis. Item ad fossarum opera facienda bidetes, ligones, palas, rastra, alueos, cophinos, qui bus terra portet. Habet quoq; dolabras, secures, asci as, serras, quibus materia ac pali dolantur atq; secatur. Habet præterea artifices cum omnibus ferramentis: qui ad expugnandas hostium ciuitates, testudines, musculos, arietes, vineas (ut appellant) turres etiam ambulatorias faciant. Verum ne singula enumerando plura dicantur, uniuersa quæ in quoq; belli genere necessaria esse creduntur, secum legio debet ubiq; portare: ut in quouis loco fixerit castra, armatam faciat ciuitatem.

**C FLAVII VEGETII RE
NATI DE RE MILITARI
LIBER SECUNDVS EX
PLICIT.**

**C FLAVII VEGETII RENATI DE
RE MILITARI LIBRI TER
TII PROLOGVS.**

Atheni



Thenienses et Lacedæmonios ac Macedonas rerū potitos, prisci loquuntur annales. Verum apud Athenienses, non solum rei bellicæ: sed etiam diuer sarum artium uiguit industria. Lace Lacedæmonijs autem præcipua fuit cura bellorum. Primi niorum cir namq; experimenta pugnarum de euentibus colligen= ca bellum tes, artem præliorum scripsiſſe firmantur: usque eo ut cura rem militarem, quæ uirtute sola, uel certe foelicitate creditur contineri, ad disciplinam peritiæq; studia re uocarint: ac magistros armorum (quos τάκτικον ἀπ pellauerunt) iuuentutem suam usum uarietatemque pugnandi præcepérint edocere. O uiros summa admiratione laudandos, qui eam præcipue artem ediscere uoluerunt, sine qua aliæ artes esse non possunt. Horum sequentes instituta Romani, Martij operis præcepta & usu retinuerunt, & literis prodiderunt. Quæ per diuersos authores librosq; dispersa, Imperator inuicte: mediocritatem meam abbreviare iuisti: ne uel fastidi um nasceretur ex plurimis, uel plenitudo fidei deſſet in paruis. Quantum autem in prælijs lacedæmoniorū disciplina profuerit (ut omittam cæteros.) Xantippi Xantippus declaratur exemplo. Qui Attilium Regulum, Roma= rei milita numq; exercitum, ſepe uictorem cum Carthaginensi= ris peritus bus, non uirtute: sed artis solo fere auxilio, prostratis exercitibus, cœpit ac domuit: unoq; cōgressu triūphans bellum omne confecit. Nec minus Hannibal, petiturus

H̄anibal.
rei milita-
ris studio
sus.

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.
Italam Lacedemonium doctorem quæsuit armorum.
Cuius monitis tot consules, tanquam legiones, inferior numero ac uiribus, interemit. Ergo qui desyderat pacem, preparet bellum. Qui uictoram cupit, instruat militem diligenter. Qui secundos optat euentus, dimicet arte non casu. Nemo prouocare, nemo audet offendere, quem intelligit superiorem esse si pugnet.

CQu modus debeat esse exercitus. Cap. I.



Rimus liber tyronum delegatum exercitiumq; deprompsit: sequens legionis institutionem disciplinamq; edocuit militarem. Hec autem tertius classicum sonat. Ideo enim illa præmissa sunt, ut hæc, in quibus peritia certaminum et uictoriae summa consistit, disciplinae ordine custodito, et intelligerentur celerius, et amplius adiuuarent. Exercitus dicitur tam legi onum, quam etiā auxiliorū: nec non euā equitū ad gerendum bellum multitudo collecta. Huius modus a magistris queritur armorum. Nam cum Xerxis et Darius et Mitridatis ceterorumq; regū, qui innumerabiles armauerunt populos, exemplaria leguntur: cuidenter appetit nimium copiosos exercitus, magis propria multitudine, quam hostium uirtute depresso. Nam pluribus casibus subiacet amplior multitudo. In itineribus pro mole sua semper est tardior. In longiore autem agmine, etiā a paucis, superuentum assolet pati. In los-

LIBER TERTIVS FOL. 35

cis autem asperis & fluminibus transiundis, propter
impedimentorum moras sepe decipitur. Præterea in-
genti labore numerosis animalibus equisq; pabula col-
liguntur. Rei quoq; frumentariæ difficultas, quæ in o-
mni expeditione uitanda est, cito maiores fatigat exer-
citus. Nam quanto libet studio præparetur annona, tan-
to maturius desit, quanto pluribus erogatur. Aqua de-
niq; ipsa nimia multitudini aliquando uix sufficit.

Quod si casu acies uerterit tergum: necesse est multis
cadere de multis: & illos qui effugerit, semel territos,
postea formidare conflictum. Veteres autem, qui reme-
dia difficultatum didicerant experimentis, non tam nu-
merosos, quam eruditos armis exercitus habere uole-
runt. Itaq; in leuioribus bellis unam legionem, mixtis
auxilijs, hoc est decem milia peditum & duo milia equi-
tum: crediderunt posse sufficere. Quā manū prætores
uelut minores duces, ad expeditionē sepe ducebāt. Qd
si magna hostiū copiæ dicerentur, consularis potestas
cū. 20. milibus peditū & quatuor equitū, tanq; comes
maior mittebatur. Quod si infinita multitudo ex gen-
tibus fortissimis rebellaſset, tunc nimia necessitate co-
gente, duo duces & duo mittebantur exercitus: cū eius
modi precepto, ut prouiderent ne quid respu. detrimē-
ti capiat: Cōſules ambo. Deniq; cū in diuersis regioni-
bus cōtra diuersos hostes a Po. Ro. annis pene oībus
pugnaretur, ideo sufficiebat militū copiæ: quia utilius
iudicabāt nō tā grādes exercitus habere, q̄ armis iſtru-

FLA. VEGETII DE RE MILITARI

Illi tamen ratione seruata, ne unquam amplior multitudine sociorum auxiliarium esse in castris, quam ciuium Romanorum.

Quem admodum sanitas gubernetur exercitus. Caput. II.

Nunc (quod uel maxime prouidendum est) quem admodum sanitas custodiatur exercitus ad meo: hoc est locis, aquis, temperie, medicina, exercitio. Locis, ne in pestilenti regione iuxta morbosas paludes, ne aridis & sine opacitate arborum capis aut collibus, ne sine tentorijs estate milites conmorentur. Ne egressi tardius, & calore solis, & fatigacione itineris contrahant morbum sed potius in estate ante lucem ad loca, cœpto itinere, destinata perueniant. Ne seua hymen iter per niues ac pruinias noctibus faciant: aut ligorum patientur inopiam: aut minor illis uestiu sup petat copia. Nec sanitati enim, nec expeditioni idoneus miles est: qui algere compellitur. Nec perniciosis & palustribus aquis utatur exercitus. Nam male aquæ potus, ueneno similis, pestilentiam bibentibus generat. Iam uero ut hoc casu ægri contubernales oportunis cibis reficiantur, ac medicorum arte curentur, Principiū Tribunorūq; et ipsius Comitis, qui maiorem sustinet potestatem, iugis queritur diligentia. Male enim cum his agitur, quibus necessitas & belli incumbit & morbi. Sed rei militaris periti, plus quotidiana armorū exercitia ad sanitatem militum putauerunt prodesse, quam medicos

dicos. Itaq; pedites sine intermissione imbribus uel nubibus sub tecto, reliquis diebus exerceri in campo uoluerunt. Similiter equites non solū in planis; sed etiam in abruptis, & fossarū hiatu difficultis semitis seq; & equos suos assidue exercere iusserunt: ut nihil ijs in necessitate prælij accidere posset incognitum. Ex quo intelligitur, quāto studiosius armorum artem docendus sit semper exercitus: cum ei & laboris consuetudo in castris sanitatem, & in conflictu possit praestare uictoriā. Si autē nali aestiuoq; tpe diutius in ijsdem locis militū multitudo consistat: ex contagione aquarū & odo re ipsius freditatis uitiatis haustibus & aere corrupto perniciōsissimus nascitur morbus, qui prohiberi non potest aliter, nisi frequenti mutatione castrorum.

Quanta cura prouidenda sint atq; seruanda pabula & frumenta. Caput. III.

Ordo postulat ut de commeatu pabuli frumenti que dicatur. Sæpius enim penuria, quā pugna consumit exercitum: & ferro seuior fames est. Deinde reliquis casibus potest in tempore subueniri: at pabalatio & annonā in necessitate remediū non habent, nisi ante condantur. In omni expeditione unū est & maximum consiliū, ut tibi sufficiat uictus: hostes frangat inopia. Ante igitur quā inchoetur bellum de copijs expensisque sollers debet esse tractatus: ut pabula, frumentum, cæteræque annonariæ species, quas a prouincialibus consuetudo depositit, maturius exigantur, &

d s in

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.

in opportunitis ad rem gerendā ac munitissimis locis,
amplior semper modus quā sufficit aggregetur. Quod
si tributa deficiunt, prograto auro comparanda sunt o-
mnia. Neque enim diuitiarum secura possessio est, nisi
armorū defensione seruetur. Frequenter autem nece-
fitas geminatur, & obsidiosēpe sit longior quā puta-
tur: cum aduersarij etiā ipsi esuriētes circūsidere non
desinant, quos fame sperant esse uincendos. Præterea
quicquid in pecore, uel quacūque fruge uinoq; hostis
inferens bellum adiūctū suum poterit occupare, non so-
lum admonitus per edicta possessoribus: sed etiam coae-
ctis per electos perscrutatores ad castella idonea &
armatorum firmata præsidijs, uel ad tutissimas confe-
rendum est ciuitates: urgendique prouinciales, ut ante
irruptionē seque & sua mœnibus condant. Reparatio
enim murorum tormentorumque omnium, ante curā
da est. Nam si semel hostes præuenerint occupatos, me-
tu uniuersa turbantur. Et quæ ex alijs urbibus petenda
sunt, interclusis itineribus denegantur. Sed fidelis ser-
uatorum custodia, & erogatio moderata, cōsuevit suf-
ficere pro copia: maxime si ab initio procuretur. Cæte-
rum sera parsimōia est, tum seruare cum deficit. In ex-
peditionibus arduis, per capita magis militū, quam per
dignitates ab antiquis præbebātur annonæ: ita ut post
necessitatē eisdē a rep. redderetur. Hyeme lignorū &
pabuli, & estate aquarū uitanda est difficultas. Frumen-
ti uero uini & aceti nec non etiā salis omni tpe neces-
fitas declināda: ita ut urbes atque castella ab ijs mili-

tibus, qui minus prōpti inueniuntur in acie armis, sāt
gittis, fustibalis, fundis etiā & saxis, onagris, balistis:
que defendātur. Præcipue que uidetur cauēdū ne aduer
sorū dolo atque pūrijs decipiatur pūncialū icat
ta simplicitas. Frequentius enī conuentionū pacisque
simulatio credulīs, q̄ arma nocuerūt. Qua ratione fa
mē collecti patiūtur hostes: dispersi uero crebris sup
uētibus facile uincuntur. ¶ Quemadmodū oporteat
prouidere ne milites seditionem faciant. Ca. III.

Inferdū mouet tumultū, ex dū uersis locis collectus
exercitus: & cum pugnare nolit, irasci se simulat,
ut non ducatur ad bellum. Quod iij præcipue faciunt,
qui i sedibus ociose delicateq; uixerunt. Nā asperitatis
isolati, labore offensi, quē in expeditiōe necesse est susti
nere, preterea metuentes prælium, qui armorum exer
citia declinant, ad eiusmodi præcipitantur audaciā. Cui
vulneri multiplex medicina consueuit opponi: ut dum
adhuc separati sunt in sedibus suis, tribunorum uel uica
riorum, necnon etiam principum ad omnem disciplinā
arctissima severitate teneātur, nihilq; aliud, nisi deuoti
onem moderatiōemq; custodian. Campi curSIONEM (ut
ipſi appellant) inspectionemq; armorum assidue faciat.
Nullis commeatibus uacent. Nomen & signa obser
uare non desinat. Ad sagittas iaciendas, ad missilia di
rigenda, ad iactandos lapides uel funda, uel manu. Ad
armature gestum, ad uectes iactandos pro similiudine
gladiorum, pūctim cesimq; feriendo, multo die usq; ad
sudorem sunt frequentissime detinendi. Cursu etiam et

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.
saltu ad transmittendas fossas nihilominus imbuendi:
si mare uel fluuius uicinus est sedibus. Aestiuo tempore
ad natādum cogendi sunt omnes. Præterea syluam cæ-
dere, iter per dumos et abrupta facere, materiē dolare,
aperire fossam, occupari aliquem locum, & ne a contu-
bernalibus detrudantur, in scutis inuicem obuiantibus,
niti. Ita excercitati atq; eruditii in sedibus milites Rho-
mani, siue legiōarij, siue auxiliares, siue equites fuerit
cum ad expeditionem ex diuersis conuenerint locis e-
mulatioē uirtutis, præliū magis necesse habeant opta-
re quam ocium. Nemo cogitat de tumultu, qui fiduciā
de arte uel uiribus gerit. Dux autē eſcē debet attētus: ut i
omnibus legionibus siue auxilijs uel uexillationibus a
tribunis, uicarijs, principibusq; si qui turbulenti uel se-
ditiosi fuerint milites, non pro iniuria suggerentium:
sed pro rerū ueritate cognoscat: eosq; prudentiori cō-
ſilio segregatos a castris, ad agendum aliquid quod ip-
sis prope uideatur optabile: aut ad castella urbesq; de-
putent muniēdas atq; seruandas, tanta subtilitate, ut cū
abiciuntur, uideantur electi. Nunquā enim ad contuma-
ciam pari consensu multitudo prorūpit: sed incitantur
a paucis qui uitiorū scelerūq; ipunitate sperat pecca-
re cū plurimis. Quod si fieri medicinā necessitas ex-
trema persuaserit, rectius est more maiorū i authores
criminū uindicari, ut ad omnes metus, ad paucos poena
pueniat. Laudabiliores tamen duces sunt, quorum ex-
ercitus ad modestiā labor & usus instituit, quā illi quo-
rum

rū milites ad obedientiā supliciorū formido cōpellit.

Signorū militariū quot sūt genera. Cap. V

Multa quidem sūt discenda atq; obseruanda pugnātibus: siquidem nulla sit negligentiae uaria, ubi de salute certatur. Sed inter reliqua nihil magis ad uictoriā proficit, quā monitis optemperare signorum. Nam cum uoce sola inter præliorum tumultus regi multitudo non poscit, & cum pro necessitate rerum plura ex tempore iubenda atque facienda sīnt: antiquus omnīū gentium usus inuenit, quomodo quod solus dux utile iudicasset, per signa totus agnoscere & sequeretur exercitus. Tria itaque genera constat esse signorum, uocalia, semiuocalia, muta. Quorum uocalia & semiuocalia percipiuntur auribus. Muta uero referuntur ad oculos. Vocalia dicuntur quæ uoce humana pronunciantur, sicut in uigilijs uel in prælio pro signo dicitur: ut puta, uictoria, palma, uirtus, deus nobis cum, triumphus imperatoris: & alia quæcunqua uolucent dare ijs qui in exercitu habent maximam potestatem. Sciendum tamen est, ista uocabula quotidie debere uariari, ne ex usu signum hostes agnoscant: & exploratores inter nostros uersentur impune. Semiuocalia sunt, quæ p tubam, aut cornua, aut buccinā dantur. Tuba quæ directa est, appellatur Buccina, quæ in semetipsam æreo circulo flectitur. Cornu quod ex ursus agrestibus, argento nexum, temperatum arte, & spiritu, quem canentis flatus emittit, auditur. Nam indu-

Signa uocalia.

Signa semiuocalia.

Tuba.

Buccina.

bida

FLA· VEGETII DE RE MILITARI.

Cornu.

Signa mu-
ta.

bitatis per hæc sonis agnoscit exercitus, utrum sta-
re aut progredi, an certe regredi oporteat: utrum
longe persequi fugientes, an receptui canere. Muta-
signa sunt aquilæ, dracones, uexilla, flammulæ ru-
fe, pinneæ. Quocunque enim hæc ferri iussit du-
ctor: eo necesse est signū suū comitātes milites pergāt.
Sunt & alia muta signa: quæ dux belli in equis, aut in-
dumentis, & etiā in ipsis armis, ut dignoscatur hostis,
præcipit custodiri. Præterea manu aliquid, uel flagel-
lo more barbarico, uel certe mota qua utitur ueste si-
gnificat. Quæ omnia in sedibus, itineribus, in omni ex-
ercitatione castrensi, uniuersi milites & sequi & in-
telligere consuecant. Continuus enim usus necessarius
uidetur in pace eius rei, quæ in prælij confusione ser-
uanda sit. Item mutum & cœ signū est, quotiens pro-
ficiacente turba excitatus puluis ad similitudinē nubiū
surgit, hostiūq; prodit aduentum. Similiter si diuisæ
sine copiæ, per noctem flammis, per diem fumo signifi-
cant socijs: quod aliter non potest nunciari. Aliquando
in castellarum aut urbium turribus appendūt trabes,
quibus aliquando erectis, aliquando depositis indicant
quæ geruntur.

Quanta sit seruanda cautela, cum uicinis ho-
stibus mouetur exercitus. Caput. VI.

Qui rē militarē studiosius didicerunt, afferunt
plura in itineribus, quā in ipsa acie pericula so-
lere contingere. Nā in conflictu armati sunt
oēs

omnes milites & hostem cominus uident, & ad oppugnandum animo uenient parati. In itinere autem minus armatus minusq; attentus est miles: & superuentus impetu uel fraude repente turbatur. Ideo omni cura, omniq; diligentia prouidere dux debet, ne proficisciens patiatur incursum: uel facile ac sine damno repel lat illatum. Primum itineraria omnium regionum, in quibus bellum geritur, pleniſime debet habere perscripta: ita ut locorum interualla, non solum paſuum numero, sed etiam uitarum qualitates perdiscat: compedia diuerticula, montes, flumina, ad fidem descripta conſyderet: usque eo, ut solertiares duces, itineraria prouinciarum, in quibus necessitas gerebatur, non tantum ad notata: sed etiam picta habuisse fermentur: ut non solū consilio mentis, uerum aspectu oculorum viam proſecturis eligerent. Ad hæc a prudentioribus & honoratis ac locorum non ignaris, separatim debet uniuersa perquirere: & ueritatem colligere de pluribus. Præterea sub periculo eligendarum uitiarum, duces idoneos, scientesque percipere eosque custodiæ mancipare, addita poene contestatione uel præmij. Erunt enim utiles, cum intelligent nec fugiendi ſibi copiā ſupererēſſe, & ſidei præmium, ac per fidic parata ſupplicia. Prouidendum quoque ut sapientes exercitatique querantur, ne duorum aut trium error discriminem pariat uniuersis. Interdum autem imperita rusticitas plura promittit: & credit ſe ſcire quæ nescit.

Itineraria.

Sed

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.
Sed cautelæ caput est, ut ad quæ loca uel quibus itineri-
bus sit profecturus exercitus ignoretur. Tumissimum
nāque in expeditionibus creditur facienda nesciri. Ob
hoc ueteres Minotauri signum in legionibus habue-
runt: ut quēadmodū ille ī inīmo & secretissimo labyri-
tho abditus phibetur, ita ducis cōsiliū sēper eſet occultū
Securū iter agitur, qd'agēdū hostes mi:ie ſuſpicātur.
Verum, quia exploratores altrinsecus miſi, profeclio-
nem ſuſpicionibus uel oculis deprehendunt, uel inter-
dum tranſſuge prodiſores q; nō deſunt: quemadmodū
occurri ingruentibus debeat, intimetur. Dux cum agmī
ne axcercitus profecluros, fidelißimos, argutißimosq;
cum equis probatissimis mittat: qui loca, per quæ iter
faciendum eſt, in progreſſu et a tergo, dextra, leuaq; p-
luſtrent: ne aliquas aduersarij moliantur insidias. Tuti-
us autem operantur exploratores noctibus quam die-
bus. Nam quodāmodo ipſe ſui proditor inuenitur, cu-
ius ſpeculator fuerit ab aduersarijs cōpræhensus. Pri-
mi ergo equites iter arripiant. Inde pedites, impedimē-
ta, ſagittarij, calones, uehicalaque in medio collocētur:
ita ut expedita pars peditum & equitum ſubsequatur
Nam ambulantibus, interdum quidem a fronte: ſed fre-
quētiuſa tergo ſuperuentus infertur. A lateribus quo-
q; pari armatorū manu īpedimēta claudēda ſūt Nā in
ſidiatores ī alio loco ipuſant, trāſuerſo frequēter in
cursu. Illud quoq; præcipue obſeruandū eſt: ut ea pars
ad q; hostis uēturus creditur, oppoſitſelectiſſimiſ eqti-
bus

LIBER TERTIVS FOL. 40

bus & leui armatura, nec non etiam peditibus sagitta-
 rijs muniatur. Quod si undique circumfunduntur ini-
 mici: undiq; præparata debet esse subsidia. Ne uero re-
 pētinus tumultus amplius noceat, ante cōmonēdi sunt
 milites ut parati sint aīo: ut arma in manibus habeāt.
 Nam in necessitate subita quæ cōterrent, prouisa non
 solēt esse formidini. Antiqui diligētissime præcauebāt,
 ne a calonibus interdum uulneratis, interdum timenti
 bus et sagittarijs clamore pauefactis, pugnātes milites
 turbarentur: ne dispersi longius aut cōglobati, amplius
 quā expedit impedirēt suos: hostibusque prodeſſēt. Et
 ideo ad exemplum militum, etiā impedimenta sub qui-
 busdam signis ordinanda duxerūt. Denique ex ipsis ca Calones.
 lonibus (quos galarios uocant) idoneos ac peritos u= Galareij.
 su legebant: quos non amplius quam ducentis sagitta-
 ryis puerisq; præfecerant. Hisq; uexilla dabant: ut sci-
 rent ad quæ signa deberent impedimenta colligere.
 Sed propugnatores ab impedimentis laxamēto aliquo
 diuiduntur: ne constipati ledantur in prælio, ambulan-
 te exercitu. Ut locorum uarietas euenerit, ita defensio
 nis ratio uariatur. Nam in campis patentibus equites
 magis solent impugnare quā pedites. At uero in locis
 sylvestribus uel mōtosis, uel palustribus, pedestres ma-
 gis formidāde sum copiæ. Illud quoq; uitādū, ne per ne-
 gligentiam alijs festinantibus, alijs tardius incidenti-
 bus interrumpatur acies, aut forte tenuetur. Conti-
 nuo enim hostes interpolata peruadunt. Præponendi
 e ergo

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.
ergo sunt exercitatissimi campi doctores, uicarij, uel
tribuni: qui alacriores retardent, & pigrius ince-
dentes accelerare compellant. Nam qui multum præces-
serunt, superuentu factio, non tam redire quam fugere
cupiunt. Qui uero extremi sunt, deserti a suis, ui hosti-
um ac propria desperatione superantur. Sciendum est
etiam, quod aduersarij in his locis quæ sibi oportuna
intelligunt, subseßas occultius collocat: uel aperto Mar-
te impetum faciunt. sed ne secreta noceant, ducis præ-
stat industria: & quæ omnia prius conuenit explorare.

¶ quem

Deprehensa quoque subseſſa, si circuueriatur utiliter,
plus periculi sustinet quam parabat inferre. Aperta au-
tem uis si præparetur in montibus, altiora loca præmis-
sis sunt præſidijs occupanda: ut hostis cum aduenerit
reperiatur inferior, nec audeat obuiare: cum tamen a fron-
te quæ supra caput suū cernat armatos. Quod si angu-
stæ sint uiae, sed tamen tute, melius est præcedere cum
securibus ac dolabris milites: & cum labore uias ape-
rire: quam in optimo itinere periculum sustinere. Præ-
terea noscere debemus hostium consuetudinem: utrum
nocte, an incipiente die, an hora reficiendi lassis super-
uenire consueuerint: & id uitare quod illos facturos
ex more putamus. Iā uero utrū peditibus an equitibus,
utrū funditoribus, utrū cōtatis, an sagittarijs amplius
ualeant, utrū numero hominū an armorum munitione
præcellant, nos scire conuenit: & ordinare quod nobis
utile, illis docetur aduersum. Tradclare quoq; per diē-

an p nocte iter expeditat inchoare: quæ & quanta loco
rū iterualla sint, ad quæ cupimus pperare: ne æstate pe-
nuria obfit cunctibus: ne hyeme difficiles aut inuiæ oc-
currant paludes, maioresq; torrentes: & impedito iti-
nere circuueniatur exercitus, priusquā ad destinata p
ueniat. Ut nostra cōmoditas est, ista sapiēter uitare: ita
si aduersariorū imperitia uel dissimulatio occasionem
nobis dederit, non oportet dimitti: sed explorare solli-
cite proditores, ac trans fugas inuitare: ut quod hostis
moliatur, in præfemi uel in futurū possimus agnosce-
re: paratisq; equitibus ac leui armatura ambulantes
eosdem, uel pabula uictumq; querentes, improuiso ter-
rore decipere.

¶ Quemadmodum flumina, quæ sunt maio-
ra, transeantur. Caput. VII

IN trāsitu fluuiorum grauis molestia negligentibus
frequenter emergit. Nam si qua aqua uiolentior fu-
erit, aut alueus latior: impedimenta, pueros, & interdū
ipsos ignauos solet mergere bellatores. Ergo explora-
to uado, duæ acies equitū, electis aīalibus ordinantur,
interuallis cōpetētibus separatae: ut p mediū pedites &
impedimenta trāseant. Nā acies superior aquarū impetu
frāgit: inferior, q rapti submersiq; fuerit, colligit atq;
trāponit. At cū altior fluctus nec peditē nec equitē pa-
titur, si p plana decurrat, ductis multis fariā spargitur
fossis: diuisusq; facile transitur. Nauegio uero amnes,
haslis fixis ac superpositis tabulatis, puij sūt: uel certe

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.

tumultuario opere colligatis in anibus cupis, additisque
trabibus transitum præbent. Expediti uero equites fa-
sces de cannis aridis uel ulua facere consueuerunt: sup
quos loricas & arma, ne indentur imponunt: ipsi equi
† colliga q; natando transeunt † colligatisque secum fasces per
rosq; secum trahunt sarcinis. Sed commodius repertum est, ut mo-
fasces per noxylos, hoc est paulo latiores scaphas, ex singulis tra-
trahunt ad bibus excavatas, pro genere ligni & subtilitate leuissi
socios ma, carpentis secum portet exercitus: tabulis pariter
Monoxyli. & clavis ferreis præparatis. Ita absq; mora constru-
ctus pons, & funibus (qui propterea habendi sunt) uim
ctus, lapidei arcus soliditatem præstet in tempore.

Sed instantes aduersarij ad transitus fluminum insidi-
as uel superuentus facere consueuerunt. Ob quam ne-
cessitatem in utraq; ripa collocantur armata præsidia,
ne alueo interueniente, diuisi opprimantur ab hosti-
bus. Cautius tamen est sudes ab utraq; parte præfigere
ac sine detimento, si qua uis illata fuerit, sustinere.
Quod si pons non tantum ad transitum, sed etiam re-
cursum & commeatum necessarius fuerit: tunc in u-
troq; capite, percussis latioribus fossis, aggereq; con-
structo, defensores milites debet accipere. A quibus ta-
diu teneatur, quamdiu necessitas locoru postulat.

¶ Quæadmodū castra debet ordinari.

Caput. VIII.

COnsequens uidetur, itineris obseruatiōe descri-
pta, ad castrorū (in quibus manendum est) ueni-
re rā-

re rationē. Nō enī belli tēpore ad statuā uel māsionē
 murata ciuitas semp occurrit: et incautū est plenumq;
 discriminis, exercitū pāsim sine aliqua munitiōe cōsi-
 dere; cū militib⁹ ad capiendū cibum occupatis, aut ad
 munia facienda dispersis, facile neclantur insidiæ. Po-
 stremo noctis obscuritas, necessitas somni, pāsentium
 equorū dispersio, occasionē superuenientibus pr̄estat.
 In metādis castris non sufficit bonum locum eligere: nī
 si talis sit, ut alter eo non possit melior inueniri: ne utē
 lior pr̄termis̄us a nobis, & ab aduersarijs occupatus,
 apportet incommodū. Cauēdū quoq; ne per æstatē aut
 aqua morbosa in proximo, aut salubris aqua sit longi⁹.
 Hyeme, ne pabulatio desit aut lignū, ne subitis tempe-
 statibus campus, in quo manendū est, soleat inundari:
 ne sit in abruptis ac deuijs, & circūsedētibus aduersar-
 ijs difficilis pr̄estetur egressus: ne ex superioribus
 locis, miſa ab hostibus, in eū tela perueniant. Quibus
 ut oportet caute studioseq; prouisi⁹, pro necessitate lo-
 ci, uel quadrata, uel rotunda, rel. trigona, uel oblonga
 castra consticues. Nec utilitati pr̄iudicet forma. Ta-
 men pulchriora credūtur, quibus ultra latitudinis spa-
 cium tertia pars additur longitudinis. Ita autem
 ab agrimensoribus podisnum mēsuræ colligi oportet,
 ut ad quantitatēm concludatur exercitus. Nam propu-
 gnatores angusta cōstipant: & ultra quam cōuenit la-
 tiora diffundunt. Tribus autē modis diffiniunt castra
 muniri posse. Primum in unius noctis transitum, & iti-

FLA. VEGETII DE RE MILITARI
neris occupationem leuiores: cum sublati cespites cir-
cundant, & aggerem faciunt: supra quem ualli, hoc est
sudes uel tribuli lignei, per ordinem digeruntur. Ces-
pes autem circunciditur ferramentis, qui herbarum ra-
dicibus continent terram: sit altus + semissim, latus pe-
+ semis pedem, longus pedem semis. Quod si terra solutior fuerit,
dem. ut ad similitudinem lateris cespes non possit abscondi:
tunc opere tumultuario fossa producitur, lata pedes
quicqz, alta tres: cui intrinsecus agger excrescit, ut sine
metu securus quiescat exercitus. Statiua autem castra
estate uel hyeme, hoste uicino, maiore labore ac cura
firmantur. Nam singulae centuriae, diuidentibus campi do-
ctoribus & principibus, accipiunt pedaturas, & scutis
uel sarcinis suis in orbem circa propria signa deposi-
tis, cincti gladio, fossam aperiunt, latam aut nouem, aut
undecim, aut tredecim pedibus: uel, si maior aduersari
orum uis metuitur, pedibus decem & septem (imparem
enim numerum obseruari moris est) tu sepibus ductis
uel iterpositis stipitibus ramisqz arborum, ne facile ter-
ra dilabatur, agger erigitur. Supra quem ad similitudi-
nem muri pinnae & propugnacula componuntur. Opus
uero centuriones decempedis metiuntur: ne quis minus
foderit, aut errauerit alicuius ignavia. Id tribuni circu-
eunt: nec ante discedunt, qui strenui sunt, quā fuerint
omnia perfecta. Ne tamen aliquis superuentus labora-
tibus fiat, omnes equites & pars peditum, qui non ope-
rantur, dignitatis priuilegio ante fossam in præcinctu
armata consistit: ut ingruentes repellat inimicos. Pri-

ma igitur signa locis suis intra castra ponuntur, quia
 n̄ bil est uenerabilius eorum maiestate militibus. Duci
 prætorum, eiusq; comitibus præparatur. Tribunis ta-
 bernacula collocantur, q̄ibus per cūtubernales ad mu-
 nia deputatos, aqua, lignum, & pabula ministrantur.
 Tunc pro gradu legionibus & auxilijs, equitibus, &
 peditibus, loca in quibus papiliones tendant, deputan-
 tur in castris: ac de singulis centurijs quaterni equites
 & quaterni pedites, qui excubitum noctibus faciunt,
 eliguntur. Et quia impossibile uidetur in speculis p-
 totā noctē uigilātes singulos p̄manere: ideo in quatuor
 partes ad clepsydram sunt diuisæ uigilæ, ut nō amplio-
 us quā tribus horis nocturnis necesse sit uigilare. A tu-
 bicine omnes uigilæ committuntur. Et finitis horis a
 cornicine reuocantur. Idoneos tamen tribuni & pro-
 batissimos eligunt, qui circueant uigilias, & renunci-
 ent, si qua emerſerit culpa: quos circuitores appellant.
 Nunc militiae factus est gradus, & circuitores appellant **Circitores.**
 tur. Sciēdū tamē est eq̄tes extra uallū nocturnas excus-
 bias facere debere. Per diē aut̄ castris positis, alij mane
 alij post meridiē propter fatigationē hominū equorū
 q; angarias faciūt. Inter præcipua cōuenit ducē puidē
 re, siue in castris, siue ī ciuitate cōsistat: ut aīalū pas-
 cua, subiectio frumenti, ceterarū q; specierū, aquatio,
 lignatio, pabulatio, secura ab hostiū reddatur ī cursu.
 Quod aliter non potest euenire, nisi per loca idonea,
 qua nostrorum ambulat commensatus: præsidia dispo-
 nantur. Siue ille ciuitates sint, siue castella munita.

FLA. VEGETII DE RE MILITARI

Quod si nō reperitur antiqua munitio, oportunis locis circūdata: maioribus fossis tumultuaria castella firmā tur. Nam a castris diminutio uocabulo sūt nuncupata castella. Intra quæ i angarijs aliquant pedites, equitesq; degētes, tutum iter cōmeatib; pr̄estit. Difficile enim hostis ad ea loca audet accedere, in quibus & a frōte & a tergo nouit aduersarios commorari.

TQuæ et quāta cōsyderanda sunt, ut intelligatur utrum superuentibus & insidijs, an publico debeat marte configli. Cap. IX.

Quisquis hos artis bellicæ cōmentarios, ex probatissimis autoribus breuiatos, legere dignabitur: quā primū legem pr̄alij, depugnādiq; cupit audire pr̄cepta. Sed cōflictus publicus duarū uel triū horarū certamine diffinitur: postquā partis eius, quæ superata fuerit, spes omnis intercidit. Ideo oīa ante cogitāda sunt, ante tētanda. int̄ facienda. quam ad ultimū neciūc abruptū. Boni eni duces, nō aperto Marte pr̄eliū i quo est comune periculū, sed ex occulto semp̄ attētant: ut integris suis, quantū possint hostes interimant certe uel terreant. In qua parte quæ necessaria ad modum sunt, ab antiquis recepta perscribam. Pr̄cipua ars & utilitas ducis est, ut adhibitis ex uniuerso exercitu scientibus belli & sapientibus uiris, de suis & hostium copijs, sepius tractet: oī (quæ plurimū nocet) adulatione summota, utrum maiorem numerū pugnatorū ipse an hostes habean, utrum ipsius, an aduersariorum hominēs.

homines magis armati sint & muniti. Qui magis ex ercitati: qui sint in necessitatibus fortiores. Querendū est etiā, utra pars equites, utra pedites habeat meliores. Sciendūq; in peditibus maxime consistere robur exercitus: Et inter ipsos equites, qui contatis, qui sagittarijs antecedat. Qui plures loricas induat: quis uti liores equos adduxerit. Postremo ipsa loca in quibus pugnandum est: utrum ini:nicis an nobis uideantur accommoda. Nam si equitatu gaudemus, cā pos optare debemus: si pedite, loca eligere angusta, fossis, paludibus, uel arboribus ipedita, & aliquoties montosa: cui magis uictus abundet quā desit. Nam fames (ut dicitur) intrinsecus pugnat, & uincit sepius sīc ferro. Maxime autem tractandum est, utrum protrahi necessitatē expediāt, an celerius dimicari, interdum enī sperat ad uesarius expeditionem cito posse finiri: & si delatus fuerit in longum, aut penuria exercitus maceratur, aut desyderio suorū reuocatur ad ppria: aut nihil magnum faciēs, perdesperationem abire cōpellitur. Tūc fracti labore & tedio plurimi deserunt, aliquanti produnt, aliquanti se tradūt: Quia aduersis rebus rario r fides est, & nudari icipit qui copiosus ad uenerat. Ad rem pertinet nosce qualis ipse aduersarij uel eius comites optimatesq; sint: utrum temerarij, an cauti, an audaces, an timidi, scientes ariē bellicā, an ex usu temere pugnantes: que gentes cum his fortes, que ignauæ pugnauerint: nostra auxilia cuius fidei qualiu

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.
q; sint viriū, quos aīos illius copiæ, quos habeat noster
exercitus, quæ pars sibi magis uictoriā repromittat.
Eiusmodi enim cogitationibus uirtus augetur aut frā-
gitur. Desperantibus autem crescit audacia adhortati-
one ducis, & si nihil ipse timere uideatur, crescit ani-
mus si ex insidijs uel occasione aliquid fortiter fecerit,
si hostibus aduerso res coeperint euenire, si uel infirmi-
ores aut minus armatos ex inimicis potueris superare.
Cauendū autē est ne dubitantem aut formidantem ex-
ercitū ad pugnā publicā aliquādo pducas. Interest utrū
tyrones an ueteres milites habeas: utrum ante breue tē-
pus in expeditionib; fuerint, an annos aliquot in pa-
ce durarint. Nā pro tyrombus accipiendi sunt, qui pu-
gnare longo tempore desierunt. Sed cum legiones, au-
xilia, uel equites ex diuersis aduenerint locis, dux opti-
mus & separatis singulos numeros ptribunos elec-
tos, quorum scitur industria, ad omnia genera exerce-
re debet armorum: & post in unum collectos, qua-
si depugnaturos cōflictū publico exercebit. ipse sepius
tentabit quicquid artis possint habere, quid viriū: quē
admodum sibi ipsi consentiant, utrū ad tubarū moni-
ta, ad signorum inditia, ad præcepta uel nutum suum
diligenter obtemperent. Si errant in aliquibus, exerce-
antur atq; doceantur quam diu possint esse perfecti. Si
uero in campi cursione, in sagittando, in iaculando, in
ordinanda acie ad plenum fuerint eruditii: nec sic qui-
dē temere occasione captata ad publicam deducendū
sunt

Sunt pugnā: sed ante minoribus prēlijs imbuēdi. Dux itaq; uigilans, sobrius, prudens, tāq; de ciuili causa inter partes iudicaturus adh. bito cōsilio de suis, et aduersarij copijs iudicet. Et si multis rebus superior inueniatur, oportunum sibi non differat inire conflictū. Si uero aduersariū intelligit potiorem, certamē publicū uitet. Nam pauciores numero & inferiores uiribus supuentus & insidias facientes, sub bonis ducibus repotauerunt sēpe uictoriam.

Quid oportet fieri, si quis desuetū a pugna habeat exercitū uel tyronē. Cap. X.

Omnes artes oīaq; opera quotidiano usu & iugi excitatione proficiūt. Qd si i paruis uerū est, quāto magis debet in maximis custodiri? Quis autem dicit at artem bellicā rebus omnibus esse potiorē: p quā libertas retinetur, & dignitas prouinciae propagatur: et conseruatur imperium? Hāc quōdā relicta doctrinis omnibus Lacedemonijs, et postea coluere Romani. Hāc solā hodie quoq; Barbari putat esse seruandam. Cetera autem hac arte consistere omnia, aut per hanc assequi se posse confidunt. Hāc dimicatoribus est necessaria, p quam uitam retineant: & uictoriā consequantur. Dux ergo cui tātē potestatis insignia tradūtur, cuius fidei atq; uirtuti possessorum fortunē, tutelē urbium, salus militum, reip. creditur gloria: non tamen pro uniuerso exercitu: sed etiā p singulis contuberniis libus debet esse sollicitus. Siquidem illi eueniat in bello, et ipsius culpa et pug-

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.

Ergo si tyronem, uel diu armis desuetum exercitum ducit: singularum legionum siue auxiliorū, nec non etiam uexillationum uires, animos, consuetudinem, diligenter exploret. Sciat etiam (si potest fieri) nominatum quis comes, quis tribunus, q̄s domesticus, quis cōtubernalis, quantum possit in bello, authoritatemq; maxima seueritate sumat, omnes culpas militares legibus uindicet, nulli errātum credatur ignoscere; in diuersis locis ex diuersis occasionibus omnium experimenta p̄cipiat. His (ut oportet) ita curatis, cum dispersi ad p̄dādum securi oberrant hostes: tunc probatos equites uel pedites cum tyroibus aut inferioribus mittat: ut ex occasione, fusis inimicis, & illis peritia, & reliquis crescat audacia. Ad transitus fluuiorum, ad præcipitia montium, ad syluarum angustias, ad paludum aut uiarum difficultates, superuentus nullo sciēte disponat: atq; ita iter suū tēperet, ut aut cibum capiētes, aut dormiētes, aut uacantes certe securos inermes, discalciatos, distractis equis, nihil suspicātes ipse paratus inuadat: quatenus i huiusmodi certaniinibus sui fiduciam colligāt. Nam qui ante longum tēpus, aut omnino nunquā uiderunt homines uulnerari uel occidi, cum primum aspexerint, perhorrescūt: & pauore cōfusi, de fuga magis quam de cōflictu incipiunt cogitare. Præterea, si excurrant aduersarij longo itinere, fatigatos aggrediatur: ultimos certe uel insperatos superueniat. Eos etiā qui longe a suis aut pabuli aut p̄æde gratia commorātur,

cito

tito occupet cū delectis. Illa enī ante tēdāda sūt, quæ si male ceſerit minus noceāt: si bene, plurimū profint. In ter hostes discordiarum ferere causas sapiētis est ducis. Nulla enim, quāuis sit minima natio, cito potest ab aduersarijs deleri: niſi proprijs simultatibus ſeipsa cōſum pſerit. Nam ciuile odium ad inimicorū perniciem præceps eſt, ad utilitatem ſuę defenſionis incautum. Vnū illud eſt in hoc opere prædicendum: ut nemo deſperet fieri poſſe quæ facta ſunt. Dicat aliquis: Multi āni ſunt quibus nullus fossa, aggere, uallo, mansurū circūdat exercitum. Respondebitur, ſi fuifſet iſta cautela, nihil nocturni aut diurni ſuperuentus hostium nocere potuiffent. Persæ imitantes Romanos, ductis fossis caſtra conſtituunt: & quia arenosa ſunt prope omnia, ſaccos, quos inaneſ portauerant, ex puluerulenta (quæ ibi effoditur) terra cōplent: eorumq; cumulo aggerē faciunt. Omnes barbari carriſ ſuīs in orbem connexis ad ſimilitudinem caſtrorum ſecuras a ſuperuenti- bus exigūt noctes. Veremur ne diſcere nequeamus quæ a nobis alijs didicerunt? Hec ex uſu libriſq; diſcenda, quæ anteā ſeruabantur, ſed omiſſa diu nemo queſiunt quia uigentibus pacis officijs, procul aberat neceſſitas belli. Sed ne impoſſibile uideatur armorum diſciplinā, cuius uſu intercidit, reparari poſſe: doceamur exēplis. Apud ueteres ars militaris in obliuionem ſepi⁹ uenit: ſed priuſ a libriſ repetita eſt, poſtea ducum Authorita te firmata. Scipio Aphricanus ſub alijs imperatoribus

Persarum-
mos in fos-
ſis duceſdi-

Hispæ

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.

Hispaniæ exercitus frequenter uictos accepit: hos disciplinæ regula custodita, omni ope fossisq; faciēdis ita diligenter exercuit: ut diceret fodientes luto inquinari debere, qui madere hostium sanguine uoluissent. Cū ipsis deniq; Numātinōs sic, capta ciuitate, concremant ut nullus euaderet. Metellus i Aphrica Albino imperante subiugatum accepit exercitum. Quem ita emēdauit ueteribus institutis, & disciplina maiorum, ut postea eos, a quibus sub iugū nūssi fuerant, superarent. Cibri quoq; Cepionis & Manilij & Syllani legiones inter gallias deleuerunt. Quarū reliquias cum C. Marius suscepisset, ita erudiuit sc̄iētia & arte pugnandi, ut innumerabilem multitudinem nō solum Cimbrorum: sed etiā Teutonum & Vmbrorum publico Marte deleret. Facilius autē est ad uirtutem instruere: nouos milites, quā reuocare perterritos. ¶ Quæ ipso die procurāda sunt, cum publica cōmittitur pugna. Caput. XI.

Premissis leuioribus artibus belli, ad publici conflictus incertum & fatalem diem nationibus ac populis, ratio disciplinæ militaris inuitat. Nam in euētu aperti Martis uictoriae plenitudo consistit. Hoc ergo tempore tāto magis duces debent esse solliciti, quanto maior speratur diligentibus gloria, & magis periculum comitatur ignaos. In quo momento periti & usus, pugnandi doctrina consiliumq; dominatur. Veteribus saeculis mos fuit p̄ eo abo curatos milites ad certamen educere: ut citatores sumpta redderet esca: & lo-
giore conflictu non fatigarentur inedia. Præterea ob-

Peruadum est praesentibus hostibus, siue ex castris, siue ex ciuitate producas ad praelium: ne dum per angusta portarum particulatim procedat exercitus, a collectis et praeparatis debilitetur inimicis. Ideoq; prouidendum est, ut ante omnes milites egrediatur portam, & acie construant, quam hostis adueniat. Quod si intra ciuitatem manetibus imparatis aduenerit, aut differatur egressus, aut certe diffimuletur: ut dum aduersarij insultare coeperint his quos non putat exituros, cum ad praedam uel redeundum conuerterint animum, cum ordinem soluerint, tunc illis stupentibus lectissimi quique prorumpant, & cofestim aggrediatur ignaros. Observatur autem ne longo spacio fatigentur milites, ne laesus post cursum equos ad publicum praelium cogas: multum uiri labore itineris pugnaturus amittit. Quid faciet qui ad aciem anhelus aduentat? Hoc et ueteres declinarent & superiori nostra aetate, cum Romani duces per imperitiā non cauisserent (ne qd amplius dicā) exercitus perdiderunt. Impar enim conditio est laesū cum requieto, sudantem cum alacri, currentem cum eo qui sentit inire confitum. ¶ Inuestigandum quid sentiant milites pugnaturi. Caput. XII.

Ipsa die qua certaturi sunt milites, quid sentiant diligenter conuenit explorare. Nam formido uel fiducia ex uultu, uerbis, incessu, motibus cernitur. Nec confidas satis si tyro praelium cupit: in expertis enī dulcis est pugna. Et noueris te oportere differre, si exercitati bellatores metuunt dimicare.

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.
Monitis tamē & adhortatiōe ducis, exercitui uirtus
accrescit & animus: præcipue si futuri certaminis tale
acceperint rationem, qua sperent se facile aduictoriā
peruenturos. Tunc inimicorum ignavia uel error ostē
dendus est: uel si antea a nobis superati sunt, cōmemor= Quibus
dux exerci= randum. Dicenda etiam, quibus militū mentes i odium
iū moucat. aduersariorum, in irā, & indignationem moueantur.
Animis pene omnium hominū hoc naturaliter euicit:
ut trepident cum ad conflictū uenerint. Sine dubio aut̄
formidolostores sunt, quorum mentes ipse cōfundit a= Remediu= spectus. Sed hoc remedio formido lenitur, si antequam
in formidi= dimices frequenter exercitum tuum locis tutioribus
ne militum ordines: unde et uidere hostem & agnoscere cōsuecāt.
Interdū audeant aliquid ex occasione, aut fugēt, aut in
terminat inimicos Inimicorū mores, aduersariorū arma
et equos recognoscāt. Nā quae ex usu sunt nō timētur.

¶ Quemadmodum idoneus locus eligatur
ad pugnam. Caput. XIII.

BOnum ducem conuenit nosce magnam partem
uictoriæ, ipsum locū in quo dimicandum est possi= dere. Elabora ergo, ut conserturus manum, primū au= xiliū capias ex loco: qui tanto utilior iudicatur, quanto
superior fuerit occupat⁹. In subiectos enim uehementi
us tela descēdūt, & maiore impetu obnītētes, pars al= tior pellit. Qui aduerso nititur cliuo, duplex subit cū
loco & hoste certamen. Sed illa distātia est: quod si de
peditibus tuis uictoriā speras cōtra equites hostiū, loca
aspera,

LIBER TERTIVS FOL. 84

aspera, mæqualia, montosa debes eligere . si uero de equitibus tuis contra aduersariorū pedites uictoriam queris: sequi debes paulo quidē editiora loca, sed plana atq; patentia, neq; syluis, neq; paludibus impedita.

¶ Quemadmodū acies debeat ordinari ut in cōflictu reddatur iniuncta. Caput. XIII

Orдинaturus aciem tria debet ante prospicere, solē, puluerē, & uentū. Nā sol ante faciē eripit uisum: uetus contrarius tua inflectit ac deprimit, hostium adiuuat tela. Puluis a fronte congestus oculos implet & claudit. Hec momento eo quo acies ordinatur, etiam imperiti uitare solent: sed duci prouido cauendū est in futurum , ne post paululū accidente die noceat solis mutata conuersio: ne uentus aduersus hora solita eo pugnante nascatur. Ita ergo cōstituantur ordines, ut hec post occipitiū nostrū sint: & (si potest fieri) aduersariorū impetant faciē. Acies dicitur exercitus instructus: frons que aduersum hostē spectat. Hæc in pugna publica, si sapienter disponitur, plurimum iuuat: si iperite, quāuis optimi bellatores sint, mala ordinatio frāgūtur. Instructiōis lex ē, ut in primo exercitati & ueteres milites collocentur : quos antea principes uocabant. In secundo ordine circūdati cataphrattis sagittarij, & optimi milites cum spiculis uel lanceis ordinentur: quos prius hastatos uocabant. Singuli autem

f armati

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.
armati in directum tenuos pedes inter se occupare co-
sueuerunt, hoc est, in mille passibus mille sexcenti sexa-
ginta sex pedites ordinantur in longum: ut nec acies
interluceat, & spaciū sit arma tractandi. Inter ordi-
nem autem & ordinem a tergo in latum sex pedes di-
stare uoluerunt, ut haberent pugnantes spaciū acce-
dendi atq; recedendi: uehemētius enim cū saltu cursuq;
tela mittuntur. In his duobus ordinib; et aetate ma-
turi, et usū confidentes, & muniti grauiorib; et am-
armis collocantur. Hi enim ab inicem muri, nec cede-
re, nec sequi aliquādo cogendi sunt, ne ordines turbēt:
sed uenientes aduersarios excipere, & stando pugnan-
doq; repellere uel fugare. Tertius ordo disponitur de
armaturis uelocissimis, de sagittarijs iuuenibus, de bo-
nis iaculatoribus, quos antea ferentarios nominabant
Quartus item ordo construitur descutatis expeditissi-
mis, de sagittarijs iunioribus, de his qui acriter ueru-
tis uel martiobarbulis (quas plumbatas nomināt) dimi-
cant: quidicebantur leuis armatura. Sciendum ergo est
stantibus duobus primis ordinib; tertium et quartū
ordinem ad prouocandum cum missilib; & sagittis
primo loco semper exire. Quod si hostes in fugam uer-
tere potuerint, ipsi cum equitibus persequuntur. Si ue-
ro ab hostibus pulsi fuerint, redeunt ad primam & se-
cundam aciem: & inter ipsos recipiunt se ad loca sua.
Prima autem & secunda acies cum ad spathas et ad pi-
la (ut dicitur) uentum fuerit, toto uoluntate bellum.

quarta.

quarta acie ponebantur interdum carrobalistæ, & manubalistarij, fundibulatores, funditores. Fundibulatores sunt qui lapides fustibalis iaciunt. Fustibalus fustis est longus pedibus. 4. cui per medium ligatur funda de corio: et utraq; manu impulsus, prope ad instar onagri dirigit saxa. Funditores sunt q; fundis ex lino uel setis factis (has enī dicūt esse meliores) cōtorto circa caput brachio dirigūt saxa. Quib⁹ scuta deerāt siue lapidibus manu iactis, siue missilibus i hoc ordie dimicabāt quos accensos tanq; iuniores & postea additos nominabant. Sextus ordo post omnes a fortissimis, & scutatis, & omni genere armorū munitis bellatoribus tenebatur: quos antiqui triarios appellabant. Hi ut requieti & integri acrius inuaderent hostes, post ultimas acies sedere consueuerant. Si quid enim primis ordinibus accidisset, de horum uiribus reparacionis spes tota pendebat.

CRatio podisimi quantum spacium in acie inter singulos homines in longū, uel in latū inter singulos ordines debeat custodi-
diri. Caput. XV.

Explanato autem qualiter debeat acies instrui, nunc podisimum mensuramque ipsius ordinatis exponam. In mille passibus campi, una acies mille sexcentos sexaginta sex suscipit pedites: propterera quia singuli pugnatores ternos occupant pedes

FL A. VEGETII DE RE MILITARI.

Quod si sex acies in mille passibus campi uolueris ordinare: nouem millia nonaginta sex pedites sunt necessarij. Si aut̄ in ternos ordines h̄uc numerū uolueris tendere, duo millia passuum cōprehēdes. Sed melius est plures acies facere, q̄ milites spargere. Senos aut̄ pedes a tergo inter singulas acies in latum diximus patere debere: & ipsi bellatores stantes singulos obtinent pedes. Ideoq; si sex acies ordinaueris, quadraginta & duos pedes in latum, & mille passus in longū, et 10000 hominū tenebit exercitus. Si aut̄ in ternos uolueris 21. pedes in latum & duo milia passuum in longū 10000 tenebit exercitus. Ad hāc rationem siue 20000. siue 30000. peditum fuerint iuxta mensuram podisimi, sine aliqua dubitatione difficultatis poterūt ordinari, nec dux fallitur cū sciat qui locus quātos possit capere armatos. Deniq; si agustior locus sit, uel multitudo sufficiat, & iā inde nouem uel amplius acies ordinari conuenit. Magis enim expedit ut conferti pugnant, quā longius separati a suis. Nam si nimium fuerit acies at tenuata, cito ab aduersarijs facta impressione perrum pitur: & nullum postea poterit esse remedium. Qui autem numeri in dextro cornu, qui in sinistro, qui in medio debeant ordinari, & iuxta dignitates eorum se uatur ex more: uel certe pro qualitate hostium commutatur. ¶ De equitibus ordinandis.

C

onstructa acie peditum, equites ponuntur
in cor-

Caput. XVI.

in cornibus: ita ut loricati omnes, & contati iuncti
 sint peditibus. Sagittarij autem, uel qui loricas non ha-
 bent, longius euagentur. A fortioribus namq; equi-
 bus, peditum protegenda sunt latera: & a uelocioribz
 atq; expeditis hostium cornua perfindenda sunt atq;
 turbanda. Scire dux debet contra quos drumos, hoc est **Drumi.**
 globos hostium, quos equites oporteat ponere. Nā ne-
 scio qua occulta ratione, immo pene diuina, alij contra
 alios dimicant melius: & qui fortiores uicerant, ab in-
 ferioribus sepe uincuntur. Qd si equites impares fu-
 erint, more ueterum uelociissimi cum scutis leuis bus pe-
 dites, ad hoc ipsum exercitati ijsde miscendi sunt: quos
 expeditos uelites nominabāt. Quo facto quamuis for-
 tissimi hostium uenerint equites, tamen aduersus mix-
 tum agmen pares esse non possunt. Vnum hoc remedi-
 um duces ueteres inuenierunt, ut asuescere facerent
 iuuenes currentes egregie, et inter binos equites sin-
 gulos ex his pedites collocaret, cum leuioribus scutis,
 gladijs, atq; missilibus.

De subsidijs que post aciem collocantur. Ca. XVII
Sed optima ratio est, & ad uictoriam plurimū co-
 fert: ut lectissimos de peditibus, equitibus, cum
 uicarijs, comitibus, tribunisq; uacantibus, habeat dux
 post aciem preparatos: alios circa cornua, alios circa
 medium: ut sicuti hostis uehementer insistit, ne rum-
 patur acies prouolent subito, & suppleant loca addita
 que uirtute, innumerorum audaciam frangant. Hoc

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.
primi Lacones inuenierunt: quos imitati sunt Carthagi-
nenses, Romani postea ubiq; seruauerunt. Hac disposi-
tione nulla melior inuenitur. Nam directa acies hoc so-
lum agere debet si potest: ut hostem repellat, aut fun-
dat. Si cuneus agendus sit, aut forfex, superfluos habe-
re debes post aciem, de quibns cuneum aut forficem
facias: si copia de proxio ducēda sit. Serra itē ex abun-
dantibus ducitur: nam si de loco suo ordinatum militē
trasferre cōperis, uniuersa turbabis. Si globus hostiū
separatus, aut alā tuā, aut partē aliq urgere cōperit:
nisi supfluos habeas quos cōtra globos possis oppone-
re, siue eqtes siue pedites de acie tuleris: dū aliam uis de-
fendere, aliam periculosius denudabis. Quod si bella-
torum tibi copia non abundat, melius est aciem habe-
re breuiorem: dummodo in subſidijs colloces plurimos.
Nā plures circa medias partes campi, ex peditibus be-
ne armatis debes habere lectissimos, de quibus cuncum
facias: & statim aciem hostium rumpas. Contra cor-
nua autē de contatis loricatisq; equitibus ad hoc serua-
ris, & leui armatura peditum, alas hostium circūueni-
re te conuenit.

TIn quo loco primus dux stare debet, in quo se-
cūdus, in quo tertius. Caput. XVIII.

DVx, qui præcipuam sustinet potestatem inter e-
quites & pedites: in parte dextra stare consue-
uit. Hic enim locus, est i quo tota acies gubernatur: ex
quo rectus est liberq; pcursus. Ideo aut̄ inter utrosq;
cōsistit, ut et cōſilio regē, et authoritate tā equites quā

pedites ad pugnam posset hortari. Hic de equitibus supernumerariis, mixtis peditibus expeditis: aduersario rū sinistrū cornu, quod contra ipsum stat, circuire et a tergo semper urgere debet. Secundus dux in media acie ponitur peditum, qui eam sustinet & firmet. Hic fortissimos pedites, & bene armatos de superfluis secū habere debet, ex quibus aut ipse cuncum faciat & hostiū aciem rumpat, aut si aduersarij cuncum fecerint, ipse forficem faciat: ut cuneo illi posset occurrere. In sinistra parte exercitus, tertius dux esse debet, satis bellacosus & prouidus, quia sinistra pars difficultior est & uelut manca in acie consistit. Ideo circa se bonos equites supernumerarios & uelociissimos pedites secū habere debet: de quibus sinistrū cornu semp extēdat, ne circumueniatur ab hostibus. Clamor autem (quem quidam barrhitum uocant) prius nō debet attolli, quā acies utraq; se iunxerit. Imperitorum enim uel ignauorū est uociferari de longe, cum magis hostes terreatur, si cum telorum iactuclamoris horror accesserit. Semper autem studere debes, ut prior instruas aciem quā hostis: quia ex arbitrio tuo potes facere quod tibi utile iudicas, cum nullus obstat: deinde & tuis auges confidentia, et aduersarijs fiducia minuis: quia fortiores uidetur q. provocare nō dubitat. Inimici aut incipiunt formidare, qui uident contra se acies ordinari. Huic additur maximū cōmodū: quia tu instructus paratusque ordinatē & trepidū aduersariū p̄aeoccupas. Pars enim uictoriae est inimicū turbare antequā dimicē.

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.

CQubus remedijs uirtuti uel dolis hostiū res-
sistatur in acie. Caput. XIX.

FExceptis superuentibus uel incursionibus repē-
tinis ex occasiōe, quā nūq dux exercitus amittit
Nam in itineribus iam fatigat: s, in fluminū transgres-
sione diuisis, in paludibus occupatis, in iugis montū
laborantibus, in cāpis sparsis, atq; securis in mansiōe
dormientibus, oportunum prælium semper infertur:
cum alijs negocijs occupatus hostis, prius interimatur
quā præparare se possit. Quod si cauti sūt aduersarij,
et insidiarum nulla sit copia: tūc aduersum præsentes,
scientes, uidentesq; et equa cōditione pugnatur. Inde ars
belli, nō mirus in hoc aperto cōfictu, quam in occultis
fraudibus adiuuat eruditos. Cauendum uel maxime,
ne ab ala, cornuq; sinistro (quod sēpius euenit) aut cer-
te dextro (quod tamen raro contingit) circumueniantur
tui a multitudine hostium, a uagātibus globis, quos
drumos uocant. Quod si acciderit, unū remediū est, ut
alam cornuq; replices et rotundes: quatenus conuerse
tui, sociorum terga defendant. Sed et in āgulo ipsius ex-
tremitatis fortissimi collocentur, quia ibi impetus am-
plior fieri cōsuevit. Item aduersum cuneum hostiū, cer-
tis resistitur modis. Cuneus dicitur multitudo peditū,
quæ iuncta cū acie primo angustior, deinde latior pro-
cedit, et aduersariorū ordines rumpit: quia a pluribus
in unū locū tela mittuntur. Quā rem milites nominat
Caput por caput porcinū. Cōtra quē ordinatio poitur, q; forficē
cīnum. uocant.

Cuneus

uocant. Nam electissimis militibus consertis in V. lute
ram componitur: & illum cuneum excipit, atque ex
utraq; parte concludit, quo factio aciem non potest
crumpere. Item serra dicitur, quæ a strenuis directa, an
te fronte opponitur hostibus, ut turbata acies repara-
tur. Globus autem dicitur, qui a sua acie separatus, ua-
go superuentu incursat inimicos. Cōtra quem alter po-
pulosior uel fortior imittitur globus. Observādū quo-
q; est, ne sub tempe, quo iam committitur pugna, uelis
ordines commutare, aut de locis suis aliquos muneros
ad alia transferre. Statim enim nascitur tumultus atq;
cōfusio, et imperatis cōturbatisq; facilius hostis īcūbit.

¶ Quot generibus pugna publica committa-
tur, et quomodo etiam qui inferior est
numero & viribus ualat uictoram.

obtinere. Caput. XX.

DEpugnationum septem sunt genera, quum in
festa ex utraq; parte signa configunt. Una
depugnatio est fronte longa, quadrato exercitu sicut e-
tiam nunc prope semper solet prælium fieri. Sed hoc ge-
nus depugnationis periti armorum non optimum iudi-
cant, quia cum in prolixo spacio tēditur acies, nō equa-
lis semper campus occurrit, & si aliquando in medio
sinus aut curuatura sit, in eo loco acies frequēter irrū-
pitur. Præterea si multitudine aduersarius ātecedit, a la-
teribus aut dextrā aut sinistrā alā circūuenit, ī quo pe-
riculū magnum est, nisi supernumerarios habeas qui

f s sustine-

Serra.

Globus

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.
sustineant hostemq; repellant. Hoc genere solus debet
configere, qui & plures et fortes habuerit bellatores:
ut ex utroq; cornu hostem circumueniat, & quasi in
sinum suum concludat exercitus. Secunda depugnatio
est publica, que plurimis melior. In qua si paucos stren
uos loco idoneo ordinaueris, etiam si multitudine ho
stium & uirtute turberis: tamen poteris reportare uictoriā.
Huius talis est modus. Cum iunctae acies ad
congressum ueniunt, tunc tu sinistram alam tuam a de
xtera aduersarij tui longius separabis: ne uel missilia
ad eam uel sagitte perueniat. Dextram autem alam tu
am sinistre alae illius iunges, & ibi primū inchoa prae
lium: ita ut cum peditibus optimis, & probatissimis ea
quitibus sinistram partem illius, ad quam te iunxeris,
aggrederis atq; circueas: & detrudendo atq; super
currendo ad hostium terga peruenias. Quod si semel
aduersarios exinde pellere cooperis, accendentibus tu
is indubitatam uictoriam consequeris: & pars exerci
tus tui, quam ab hoste submoueris secura durabit. Ad si
multudinem autem. A. literae uel libellae fabrilis, acies
in hoc dimicandi genere constituitur. Quod si te pri
or aduersarius fecerit: illos quos post aciem supernu
merarios diximus debere ponī, tam equites quā pedi
tes ad sinistrum tuum colliges cornu: & sic aduersa
rio resistes magnis viribus, ne arte pellaris. Tertia de
pugnatio est similis secundae: sed in hoc deterior, quod
a sinistro cornu tuo cum illius incipis dextro confige
re: Nā quasi macius impetus est eoru, & aperte cū dif-

ficultate aggrediuntur hostes: qui in sinistro dimicant cornu: Qd apertius explanabo. Si quādo alā tuā sinistrā lōge habueris meliorem, tunc & fortissimos equites pedites q; cōiunge, & in congressu ipsam primā applica ad alā hostiū dexterā: & quantū potes aduersarij dextrā partē pellere et circuire festina. Tuā autem aliā exercitus partē, in qua deteriores bellatores habere te nosti, a sinistra longe illius separa: ne uel gladijs iuadatur, uel ad eā tela perueniāt. In hoc caueniū est, ne inimicorū cuneis trāsuersa tua acies elidatur. Hoc autē modo uno casu utiliter pugnabitur, si aduersarij infirmius dextrū cornu habuerit, & tu longe fortius sinistrū. Quarta depugnatio talis est. Cū ordinaueris aciē ante quadringentos uel quingentos passus, quā ad hostē puenias: nō sperante eo subito ambas alas tuas ē citare te conuenit: ut ex utroq; cornu impropositos hostes uertas in fugam, & celerius uictoriā consequaris. Sed hoc genus certaminis licet cito superet, si exercitatos fortissimosq; produixerit: tamē periculosem est, quia mediā aciē suam, qui sic dimicat, denudare cōpelitur: & in duas partes exercitū separare. Et si primo impetu uictus non fuerit inimicus, hahet postea occisionem, qua iuadat & diuisa cornua, & mediā aciem destitutam. Quinta depugnatio est quartae similis. Sed hoc unū amplius habet, quia leuē armaturā & sagittarios ante primā aciē ponit: ut illis resistētibus nō possit irrumpi. Nā sic de dextro cornu suo illius sinistrū, & de sinistro cornu suo illius dextrum aggreditur.

PLA. VEGETII DE RE MILITARI.

Quod si fugare poterit, statim uincit: sin minus, media
acies illius non laborat: quia a leui armatura sagittari
isq; defenditur. Sexta depugnatio optima est, & pro-
pe similis secund e: qua utuntur qui de numero suorum
& de uirtute desperant: Et si bene ordinauerint, quam
uis cū paucioribus: semper uictoriam consequuntur.
Nam cum instructa acies ad hostes accedit, dexteram a-
lam tuam sinistre alae hostium iunge: & ibi per equi-
tes probatissimos & uelocissimos pedites incipe præli-
ari. Reliquam autem partem exercitus tui, longissime
a dextra parte illius remoue: & directum porridge, qua-
si ueru. Nam si partem sinistram illius & a lateribus
et a tergo coeperas cedere: sine dubio uertes in fugam.
Aduersarius autem nec de dextera parte sua, nec de me-
dia acie potest suis laborantibus subuenire, quia acies
tua extenditur & tota se porrigit ad similitudinem. I.
literæ longissimæ, quæ recedit ab hostibus. Quo gene-
re in itineribus sœpe configitur. Septima depugna-
tio est, quæ loci beneficio adiuuat dimicantem. In hac
quoq; & cum paucioribus, & cum minus fortibus po-
teris aduersarium sustinere, hoc est, si montem, aut ma-
re, aut flumen, aut lacum, aut ciuitatem, aut paludes,
aut abrupta in parte una habeas, ex qua hostis non
possit accedere, reliquum exercitum tuum directa
acie ordines. Sed in illa ala quæ munitionem non
habet, omnes equites & ferentarios ponas. Tunc
securus pro tuo arbitrio cum hoste confuges, quia ab

una parte loci natura te munit, ab alia duplex prope ponitur equitatus. Illud tamen obseruandum est, quo nihil melius inuenitur, ut siue de dextro cornu tuo cum illius finistro pugnare uolueris, ibi fortissimos ponas: siue de sinistro cum illius dextro, ibi strenuissimos colloces: siue in medio facere cuneos uolueris, per quos hostium acies rumpas, in cuncto exercitatissimos ordinates bellatores. Victoria enim per paucos fieri consuevit. Tantum est ut electi a duce sapientissimo in his locis, in quibus ratio & utilitas postulat, ordinentur.

Itineraria.

CViā abscedendi hostibus dandam, ut delectantur facilius fugientes. Caput. XXI.

Plerique rei militaris ignari, pleniorē uictoriā credūt, si aduersarios aut locorum angustijs, aut armatorum multitudine circundederint, ut aditum non inueniant abscedendi. Sed clausis ex desperatione crescit audacia, & cum spei nihil est, sumit arma formido. Libenter cupit cōmori, q̄ sine dubio scit se esse morti. Ideoq; Scipiois laudata sentētia est, qui dixit, viam hostibus qua fugerent, non esse muniendam. Nam cum abscedendi aditu patefacto, mentes omnium ad p̄bēda terga cōsenserint, multi more pecorū trucidātur. Nec in sequentium ullum periculum est, cum uicti (qui bus defendi poterant) arma conuerterint. Hoc generē quanto maior fuerit exercitus, tanto facilius multitudo

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.
tudo prosternitur. Neque enim ibi requirendus est numerus, ubi animus semel territus, non tam tela hostium cupit declinare, quam uultum. Ceterum clausi, licet exigui numero et infirmi viribus: hoc ipso tamen sunt hostibus pares, quia desperantes sciunt aliud sibi licere non posse: sed una salus uictis nullam sperare salutem.

C quemadmodum ab hoste recedatur, si consiliu[m] pugnae displiceat.

Caput. XXII.

Digestis omnibus que ratio militaris experientis et arte seruauit, unum superest edocere: quemadmodum recedatur ab hostibus. Nam disciplinae bellorum et exemplorum periti, nusquam maius periculum imminere testantur. Qui enim ante congressum reddit ex acie, et suis fiduciam minuit et inimicis addit audaciam. Verum quia hoc saepius necesse est euenire: quibus modis tuto possit fieri declarandum est. Primus ut tui ne sciant ideo te recedere, quia declinas inire conflictum: sed credant arte aliqua se ideo renouari, ut ad oportuniorem locum inuitetur hostis, ut facilius supetur: aut certe in sequentibus aduersariis secretiores collocentur insidiae. Nam necesse est ad fugam parati sint, qui ducem suum sentiunt desperare. Illud quoque uitandum est, ne hostes te recedere sentiant et statim irruant. Propterea plerique ante pedites suos equites posuerunt, ut disurrentes aduersarios uidere non sinerent.

verent, quando pedites abscedebat. Item particulatim incipientes a primis, singulas acies subducebant: retrō que reuocabant, in gradu suo manētibus reliquis: quos sensim post acies seque ad illos iungebant, quos subdue xerant. Primū aliquantis exploratis itineribus, noctu cum exercitu recedebant: ut hostes die orto, cum intellexissent, non posset comprehendere præcedētes. Præterea leuis armatura præmittebatur ad colles, aqua si bito tuto reuocaretur exercitus: & si hostes insequi uoluissent, a leui armatura, quæ antea occupauerat locum, additis equitibus fundebantur. Nihil enim pericu losius existimatur, quam si inconsulte insequentibus, ab his qui in subſea fuerint, uel qui ante se parauerint, obuietur. **H**oc tempus est quo oportune collo catur insidiæ, quia aduersum fugientes, maior audacia & minor cura est. Necesse aūt amplior securitas grauius solet habere discrimen. Imperatis, cibum accipientibus, in itinere lassis, equos suos pascētibus, ac nihil tale suspicantibus superuentus aſſolet fieri. **Q**uod & nobis uitandum est, & hosti in eiusmodi occasiōibus pernicies inferenda. Hoc enim casu oppressis, nec virtus potest nec multitudo prodeſſe: quia qui in acie publica uincitur pugna, licet et ibi ars plurimū profit: tamen ad defensiōem suam potest accusare fortunam. Qui uero superuentus et subſeas insidiās passus est, culpam suam non potest excusare: quia hoc euitare potuit, & per ſpeculatores idoneos ante cognoscere.

Cum

FLA· VEGETII DE RE MILITARI.
Cum receditur, talis fraus fieri consuevit. Reclo itine-
re equites consequuntur. Valida manus occulte per a-
lia mittitur loca: ubi ad agmē inimicorum peruenierūt
equites, tentat leuiter atq; discedunt. Ille credit quic-
quid insidiarū fuerat preteriisse, & sine cura resolu-
tur in negligentiam. Tunc illa manus, quæ secreto iti-
nere destinata fuerat, superueniens opprimit ignoran-
tes. Multi cū ab hoste discedunt, si per sylvas ituri sunt
præmittunt qui abrupta uel angusta occupent loca, ne
ibidē ab aduersarijs patientur insidias. Et rursus post
se præcis arboribus uias claudunt, quas compedes uo-
cant, ut aduersarijs facultatem adimant persequendi,
& pene utrique parti in itinere ad subfessas comu-
nis occasio est. Nam qui præcedit, oportuniſ uallibus,
uel siluosus montibus, quasi post se reliquit insidias, in
quas cum inciderit inimicus, recurrit ipse & adiuuat
suos. Qui uero sequitur auersis semitis, longe ante de-
stinat expeditos, ut præcedētem aduersarium arceat a
transitu, deceptumq; a tergo & a fronte concludat.
Dormientibus noctu aduersarijs, & qui præcesserit po-
test regredi, & qui sequitur, quantumuis intersit, po-
test superuenire per fraudem. In transfretatione fluui-
orū, qui præcedit, illam partem tentat opprimere, quæ
præmissa transferat, dum reliqui alueo separantur.
Qui autem sequitur festinato itinere, illos qui non po-
tuerunt transire, conturbat.

C De camelis & cataphrattis equitibus. Ca. XXIII
Camelos

Camelos aliquantæ nationes apud ueteres in acie produxerunt: ut Vrcilani in Aphrica, Maheles hodie quoq; producunt. Sed hoc genus animaliū arenis & tolerandæ siti aptum, confusas etiam in puluere ue-
towias absq; errore dirigere memoratur. Cæterū pro-
pternouitatem, si ab insolitis uideatur, inefficax bel-
lo est. Cataphratti equites propter munimina quæ ge-
runt, a ui'neribus quidē tuti: sed ppter impedimentū
& pondus armorum, capi eos facile est: & laqueis fre-
quenter obnoxij, contra dispersos pedites, quā contra
eqtes in certamine meliores: tamē sunt aut ante legiōes
positi, aut cum legionarijs mixti: quando cominus (hoc
est manu ad manum) pugnatur, acies hostiū sepe rum-
punt. **C**Quomodo quadrigis falcatis, uel
elephatis in acie possit obſisti.

Caput. XX.

Quadrigas falcatas in bello rex Antiochus &
Mitrates habuerunt. Quæ ut primum ma-
gnum in acie intulere terrorem, ita postmo
dum fuere derisi. Nam difficile currus falcatus planū
sp inuenit agrū, & leui impedimento retinetur: unoq;
afflito aut uulnerato equo decipitur. Sed maxime hæc
Romanorū militū arte perierūt. Vbi ad pugnā uentū
est, repente toto cāpo Romani tribulos abiecerunt: in
quos currentes quadrigæ cum incidēsent, deletæ sunt.
Tribulus autem est ex quatuor palis confixum propu-
gnaculum: quod quomodo abieceris, tr. b. ut radijs stat-

FLA. VEGETII DE RE MILITAR^L.
¶ erecto quarto infestus est. Elephanti in prælijs ma-
gnitudine corporum, barritus horrore, formæ ipsius
nouitate, homines equosq; conturbant. Hos contra Ro-
manum exercitum primus in Lucania rex Pyrrhus e-
duxit. Postea Hannibal in Aphrica, Rex Antiochus in
oriëte. Iugurtha in Numidia copiosos habuerunt. Ad
uersus quos diuersa resistendi excogitarunt genera ar-
morum. Nam & Centurio in Lucania gladio manum
(quā promisciden uocant) uni abscidit: & bini cata-
phratti equi iungebantur ad currum. Quibus insiden-
tes clibanarij, sariſſas, hoc est longissimos, contos in e-
lephantos dirigebant. Nam muniti ferro, nec a sagitta-
rijs (quos uehebat) beluae ledebantur: & earum impe-
tū equorum celeritate uitabant. Alij contra elephan-
tos cataphrattos milites immiserunt: ita ut in brachi-
is eorum, & in cassidibus uel humeris, aculei ingentes
ponerentur ē ferro: ne manu sua elephas bellatorum
contra se uenientem posset apprehendere. Præcipue ta-
men uelites antiqui aduersum elephantos ordinarunt.
Velites autem erant iuuenes, leui armatura, corpore
alacri: qui ex equis optime missilia dirigebant. Hi e-
quis prætercurrentibus ad latiores lanceas uel maio-
ra spicula beluas occidebant: sed crescente audacia po-
stea collecti, plures milites pariter pila, hoc est missi-
lia, in elephantos congerebant: eosq; uulneribus elide-
bant. Illud tamen additū est, ut funditores cum fustiba-
lis & fundis rotūdis lapidibus destinatis, Indos (per
quos

quos regebantur elephanti) cum ipsis turribus afflu-
gerent atque mactarent, quo nihil tutius inuenitur.
Præterea uenientibus beluis, quasi irrupissent acie, spæ-
cium milites dabant. Quæ cum in agmen medium per-
uenissent, circūfusis undique armatorum globis: cum
magistris absque uulneribus capiebantur illesæ. Car-
robalistas aliquanto maiores (hæ enim longius & ue-
hementius spicula dirigunt) superpositas curriculis,
cum binis equis aut mulis post aciem ordinari conue-
nit: & cum sub iactu teli accesserint, bestiæ sagittis ba-
listariorum transfiguntur. Latius tamen & firmius
contra eas præfigitur ferrum, cum in magnis corpori-
bus maiora sint uulnera. Aduersum elephantos plura
exempla & machinamēta retulimus: ut si quando neces-
sitatis postulauerit, sciatur quæ sint tam immanibus be-
luis opponenda. ¶ Quid fieri debeat, si uel pars ul-
totus exercitus fugerit. Caput. XXV.

SCiendū uero est, si pars exercitus uicerit & pars
fugerit, minime desperandū: cū in eiusmodi neces-
itate, ducis cōstantia totā sibi posset uendicare uicto-
riā. Innumerabilibus hoc accidit bellis, & pro superio-
ribus sunt habiti qui minime desperarunt. Nam in si-
mili cōditione fortior creditur, quæ aduersa non frang-
gūt. Prior ergo de cæsis hostibus spolia capiat, qd' ipse
dicūt colligat cāpū: prior clamore ac buccinis exulta-
re uideatur. Hac fiducia ita pterrebit inimicos, ita suis
fiduciā geminabit: quasi uictor ex oī parte discesserit.

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.

Quod si aliquo casu omnis in acie fundatur exercitus perniciosa clade: tamen reparacionis multis fortuna non defuit, et medicina querenda est. Dux ergo prouidus sub ea cautela publico debet Marte consilgere, ut si quid pro uarietate bellorum, uel conditionis humanae secus acciderit: absq; graui detrimēto liberet uictos. Nam si uicini colles fuerint, si post terga munitio, si ceteris abscedētibus fortissimi quiq; restiterit, se suos que seruabunt. Frequenter iam fusa acies, dispersos ac paſsim sequentes, reparatis uiribus intercremut. Nam nunquam exultantibus maius solet esse discrimen, quā cum ex subita ferocia in formidinem commutantur. Sed quicunq; euentus fuerit, colligendi sunt superstites, bello erigendi, adhortationibus congruis & armorum instauratiōne refouendi. Tunc noui delectus, noua queruntur auxilia: & (quod amplius prodest) captatis occasionibus in ipsis uictores per occultas insidiās impetus faciēdus est: ac sic audacia reparanda. Nec oportunitas deerit, cum pro felicitate superbius et incautiū mentes efferauntur humanæ. Si quis hunc casū ultimum putat, cogitet euentus omnium præliorum, inter initia contra illos magis fuisse: quibus uictoria debebatur. ¶ Regulae bellorū generales. Ca. XXVI

In omnibus prælijs expeditionis cōditio talis est, ut quicquid tibi prodest, aduersario noceat: quod illum adiuuat, tibi semper officiat. Nunquā igitur ad illius arbitriū aliquid facere aut dissimulare debemus: sed id solum

lum agere, quod nobis utile iudicamus. Contra te enim
 esse incipis, si imiteris quod fecit ille pro se: & rursus
 quicquid pro tua parte tentaueris, contra illum erit: si
 uoluerit imitari. In bello, qui plus in angarijs uigilaue-
 rit, plusq; in exercendo milite laborauerit: minus pe-
 riculi sustinebit. Nunquam miles in aciem producendus
 est, cuius antea experimenta non coeperis. Aut inopia,
 aut superuentibus, aut terrore melius est hostem domae-
 re, quam prælio: in quo solet amplius fortuna potestatis
 habere quam uirtus. ¶ Nulla cōsilia meliora sunt, quam
 illa quæ ignorauerit aduersarij antequam facias. ¶ Oc-
 casio in prælio amplius solet iuuare quam uirtus. ¶ In
 sollicitandis suscipiendisq; hostibus, si cū fide ueniant,
 magna fiducia est: quia aduersarij amplius frangunt
 trassuge quam perēpti. ¶ Melius est post aciē plura ser-
 uare præsidia, quam latius militē spargere. ¶ Difficile
 uincitur, qui uere potest de suis et de aduersarij copijs
 iudicare. ¶ Amplius iuuat uirtus quam multitudo. ¶ Am-
 plius prodest sepe locus quam uirtus. ¶ Paucos uiros for-
 tes natura procreat, bona iustitiae plures reddit idu-
 stria. ¶ Exercitus labore proficit, ocio consenescit.
 ¶ Nunquam ad certamen publicū produxeris militē: ni-
 si cū eū uideris sperare uictoriā. ¶ Subita conterrent
 hostes, usitata uilescent. ¶ Qui dispersis suis incōsul-
 te insequitur, quam ipse acceperat aduersario nult dare
 uictoriā. ¶ Qui frumentū necessariaq; non præparat,
 uicitur sine ferro. ¶ Qui multitudine & uirtute præ-

PLA. VEGETII DE RE MILITARI.
cedit, quadrata dimicet fronte, qui primus est modus.
¶ Qui imparem se iudicat, dextro cornu suo sinistrū
cornu pellat inimici : qui est secundus modus. ¶ Qui
sinistram alam fortissimam habere se nouerit, dextrā
alam hostis inuadat: qui est tertius modus. ¶ Qui ha-
bet exercitatisimos milites, in utroq; cornu pariter
præliū debet incipere: qui est quartus modus. ¶ Qui
leuem armaturam optimā regit, utramq; alam hostis
inuadat, ferentarijs ante aciem constitutis: qui quintus
est modus. ¶ Qui nec numero militum, nec uirtute cō-
fidit: si depugnaturus est, de dextera sua sinistram alā
hostium pulset: reliquis suis porrectis in similitudinē
ueru: qui sextus est modus. ¶ Qui pauciores infirmio
resq; habere se nouit, septimo modo ex uno latere aut
montem, aut ciuitatem, aut mare, aut fluuium, aut ali-
quod debet habere subsidiū. ¶ Qui confidit equitatu,
altiora loca quærat equitibus: & rem magis per equi-
tes gerat. ¶ Qui confidit pedestribus copijs, altiora
loca peditibus querat: & rem magis per pedites gerat.
¶ Cum explorator hostium latēter oberret in castris,
omnes ad tentoria sua per diem redire iubeantur: &
statim deprehenditur explorator. ¶ Cum con-
silium tuum cognoueris aduersarijs proditum, disposi-
tionem mutare te conuenit.
¶ Quid fieri debet tractato cum multis: quid uero
facturus sis, cum paucissimis ac fidelissimis, uel potius
ipse tecum.

¶ Milites

¶ Milites poena & timor in sedibus corrigunt: in expeditione spes & præmia faciunt meliores.
 ¶ Boni duces publico certamine nunquam nisi ex occasione aut nimia necessitate confligunt.
 ¶ Magna dispositio est, hostem fame magis urgere q̄ ferro. ¶ De equitatu sunt multa præcepta: sed cū hæc pars militiæ usu exercitiij, armorum genere, & equorum nobilitate profecerit: ex libris nihil arbitror collendum, cum præsens doctrina sufficiat.
 ¶ Quo genere depugnaturus sis nesciant hostes: ne aliquibus remedijs obsistere moliantur.
 ¶ Digesta sunt (imperator mihi) quæ nobilissimi auctores, diuersis probata temporibus, per experimentorum fidem memorie tradiderunt: ut ad sagittādi pertiam, quā in serenitate tua Persa miratur, ad equitādi scientiam uel decorem, quem Hunnorum, Alanorum que natio uelit imitari, si possit: ad currendi uelocitatem, quam Sarracenus Indusq; non æquat: ad armaturæ exercitationem, cuius campi doctores uel pro parte exempla intellexisse gaudent. Nunc regula præliaudi, immo uincendi artificium ingeratur: quatenus uirtute pariter ac dispositione mirabili, reipu. tuæ & imperatoris officium exhibeas & militis.

¶ FINIS TERTII.

FLAVII VEGETII RENATI
 DE RE MILITARI LIBRI
 QVARTI PROLOGVS.

FLA. VEGETII DE RE MILITARI




Grestem incultāq; hominū initio seculi uitā, a cōmunione mutorū an malium uel ferarū, urbium constitutio prima disceuit. In his nomē reip. peperit cōmuniis utilitas. Ideo potentissime nationes ac principes consecrati nullam maiorem gloriam putauerunt, quā aut fundare nouas ciuitates, uel ab alijs conditas in nomē suū sub quadā amplificatiōe trāfferre. In quo ope clemētia serenitatis tuæ obtinet palmā. Ab alijs enī uel paucæ ul singulæ, a pietate tua inumerabiles urbes ita iugi labore pfectæ sunt: ut nō tam humana manu conditæ, quam diuino nutu uideantur paratæ. Cunctos itaq; imperatores fœlicitate, moderatione, castimonia, exemplis, idulgentia, studiorum amore præcellis. Regni animiq; tui bona cernimus.

Hec enim anticipare & superior optauit ætas: & extendi in perpetuum uentura desyderat. Quibus rebus tantum uniuerso orbi præstatum gratulamur bonum: quantū uel humana mens petere, uel gratia potuit diuina cōferre. Sed dispositionibus uestræ clemētiae, quā tū profecerit mutorū elaborata constructio, Roma dumetū est: quæ salutē ciuiū Capitoline arcis defensio ne seruauit, ut glorioius postea totius orbis possideret imperiū. Ad cōplementū ergo operis magestatis uestræ præceptione suscepiti, rationes quibus uel nostræ ciuitates defendendæ sunt, uel hostium subruendæ, ex diuersis autoribus in ordinē digeram: nec laborispige
bit

bit cum omnibus profutura credantur.

Ciuitates aut opere aut natura aut utroque debere muniri. Caput. I



Rbes atq; castella aut natura muniuntur, aut manu, aut utroq;: quod firmius ducitur. Natura, aut loco edito uel ab rupto, aut circūfuso mari siue paludibus uel fluminibus. Manu, fossis ac muris. In illo naturali beneficio tutissimū eligētis cōsilium, in plano quæritur fundantis industria. Videmus antiquissimas ciuitates ita in campus patentibus constitutas, ut deficiente auxilio locorum: arte tamen & opere redderentur iniuste.

CNon directos, sed angulosos muros faciēdos.

Caput. II

Abitum muri directum ueteres ducre noluerunt, ne ad ictus arietum esset dispositus: sed si nuosis anfractibus iactis fundamentis clauscere urbes, crebrioresq; turres in ipsis angulis ediderunt. Propterea, quia si quis ad murum tali ordinatione cōstructū uel schalas uel machinas uoluerit admouere, non solū a fronte: sed etiam a lateribus & prope a tergo ueluti in sinum circunclusus opprimitur.

CQuemadmodū murus e terra iungatur aggestus, nunquā possit elidi. Ca. III.

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.

Murus autem ut nunquā posſit elidi hac ratiōe perficitur. Inter uallos uicenū pedum interposito, duo intrinsecus parietes fabricantur. Deinde terra quæ de fossis fuerit egesta, inter illos mittitur, uectibusq; densatur: ita ut a muro primus paries parum infeſtor, secundus longe minor ducatur: ut de plāno ciuitatis ad similitudinem graduū quasi cliuo molliusq; ad propugnacula possit ascendi. Quia nec murus ullis potest arietibus rumpi quem terra confirmat: & quo quis casu destructis lapidibus, ea quæ inter parietes densata fuerit, ad muri uicem ingruentibus moles obſistit.

De cataractis, & portis, ne exurantur ab ignibus. Caput. III.

Cauetur præterea, ne portæ subiectis ignibus exurantur. Propter quod sunt corijs & ferre tegendæ. Sed amplius prodest quod inuenit antiquitas: ut ante portam addatur propugnaculum. In cuius ingressu ponitur cataracta, que annulis ferreis ac funibus pendet: ut si hostes intrauerint, demissa eadem extinguantur inclusi. Ita tamen supra portam murus est ordinandus: ut accipiat foramina, per quæ de superiore parte effusa aqua, subiectum extinguat incendium.

De fossis faciendis. Caput. V.

Fossæ autem ante urbes altissimæ latissimæque faciendæ sunt, ut nec possint coequari repleriq; ab obſidentibus: et cum aquis cooperint inundari, ab aduersario cuniculum continuari minime patiantur. Nā duplia

duplici modo opus subterraneum peragi, earum altitudine & inundatione prohibetur.

CNe sagittis hostium homines ledatur
in muro. Caput. VI.

Formidatur ne multitudo sagittariorum, de pro-
pugnaculis exterritis defensoribus, appositisq;
scalis: occupet murum. Aduersum quod cataphrattas
atq; scuta in ciuitatibus debet habere quam plurima.
Deinde propugnacula duplia, saga ciliciaq; tendan-
tur: impetumq; excipiunt sagittarum. Nec enim facile
transcunt spicula, quod cedit ac fluctuat. Inuentū quo-
q; remedium est, ut de ligno crates facerent, quas metel-
las uocauerunt: lapidibusq; completerent: ea arte inter bi-
na propugnacula constitutas, ut si per scalas ascēdissent
hostes, ex partem aliquam ipsius cōtigissent: supra cas-
put suum uergerent saxa.

CQuibus modis prouidendum sit, ne famem
patiantur obfessi Caput. VII.

Multa defensionum oppugnationumq; sunt ge-
nera: que locis competitib; inferemus. Nūc
sciendum est obfidendi duas esse species. Vnam cum ad-
uersariis opportunis locis præsidij ordinatis, cōtinu-
is insultibus impugnat obfessos. Alteram cum uel aqua
prohibet inclusos, uel deditiōem sperat a fame: quando
omnes prohibuerit commatus. Hoc enim consilio, ipse
ociosus ac tutus fatigat inimicū. Ad quos casus posses-
sores, quamvis leui suspitione pulsati, omnem alimonii
am ui-

FLA, VEGETII DE RE MILITARI.

Ad quos casus possessores, quamvis leui suspicione pul-
sati, omnem alimoniam uictus intra muros debent stu-
diosissime collocare: ut ipsis exuberet substantia, aduer-
sarios inopia cogat abscedere. Non solum autem por-
cinum: sed et omnium animalium genus, quod inclu-
sum seruari potest, deputari oportet ad lardum: ut ad-
miniculo carnis frumenta sufficient. Aues autem cor-
tales et sine expensa in ciuitate nutriuntur, et propter
egrotantes sunt necessariae. Pabula equis congerenda
principue, et que appортari nequiverint exurenda.

Vini, aceti, ceterarumque frugum uel pomorum conge-
rendae sunt copiae nihilque; quod suis proficiat, hostibus
relinquendum est. Nam ut hortorum cura in uiridariis
domorum, uel areis exerceatur: utilitatis aut uolupta-
tis ratio persuadet. Parum autem proficit plurimum
collegisse, nisi ab exordio dimensione salubri per ido-
neos procuratores erogatio temperetur. Nunquam
periclitati sunt fame, qui frugalitatem inter copiam
seruare coeperunt. Imbellis quoque etas ac sexus propter
necessitatem uictus foris frequenter exclusa est, ne pe-
nuria oppimeret armatos, a quibus sepe moenia ser-
uabantur.

¶ Quae species præparandæ sint pro
defensione murorum. Ca. VIII.

Experimenta, bitumen, sulphur, picem liquidam,
oleum (quod incendiarium uocant) ad exus-
rendas hostium machinas: conuenit præparari.

Ad art.

Ad arma facienda ferrum utriusq; temperaturæ, et car-
bones seruantur in conditis: ligna quoq; hastilibus sa-
gittisq; necessaria reponuntur. Saxa rotunda de fluuijs
qui pro rotunditate grauiora sunt et aptiora, mittenti-
bus diligentissime colliguntur: ex quibus muri replen-
tur & turres. Minima etiam fundis siue fastibalis uel
manibus iacienda. Maiora per onagros diriguntur. Ma-
xima uero pondere, formaq; uolubuli, in propugnacu-
lis diriguntur: ut dimissa per præcepit, non solū hostes
obruat subeuntes: sed etiam machinamenta cōfringat.
Rotæ quoq; de lignis uiridibus ingentissimæ fabrican-
tur: uel itercisi ex ualidissimis arboribus cylindri (quas
taleas uocant) ut sint uolubiles leuigantur. Que per
pronum labentia, subito impetu bellatores sternunt:
equosq; solent deterrere. Trabes quoq; & tabu-
lata uel diuersæ magnitudinis clavos ferreos esse opor-
tet in pröptu. Nā talibus oppugnantium machinis, p alias
machinas cōsueuit obſisti. Præcipue cū subitis opibus
addēda sit muris uel propugnaculis altitudo: ne aduer-
sariorū mobiles turres supemineat et capiat ciuitatē.

¶ Quid faciendum si nerorum difuerint
copia. Caput. IX.

Nerorum quoq; copiam summo studio expedit
colligi: quia onagri uel balistæ cæteraque tormæ
ta, nisi funibus nerum intenta, nihil prosunt. Et quo-
rum tamen setæ de caudis ac iubis ad balistas utiles af-
feruntur. In dubitatum uero est crines faminarum in
eiusmodi

FLA. VEGETII DE RE MILITARI
eiusmodi tormentis non minorem habere uirtutē, Ro-
manæ necassitatis experimēto. Nam in obsidione Ca-
pitoli corruptis iugi ac longa fatigatione tormentis,
cum neruorum copia defecisset, matronæ abscissos cri-
nes uiris suis obtulere pugnātibus: reparatisq; machi-
nis aduersariorum impetum repulerunt. Maluerunt
enim pudicissimæ fœmine deformato ad tempus capite
libere uiuere cū maritis: q; hostibus integro decoreser
uire. Cornua quoq; uel cruda coria proficit colligi ad
cataphrattas tegendas aliaq; machinamenta siue mu-
nimina. Quid faciendum ne aquæ inopiam pa-
tiantur obseSSI. Caput. X.

Magna urbis utilitas est, cum perennes fontes
murus includit. Quod si natura non præstat,
cuiuslibet altitudinis effodiendi sunt putei: aquarūq;
haustus funibus extrahendi. Sed interdū sicciora sunt
loca, quæ mōtibus sūt saxisq; munita: i qbus supposita
castella extra murū i feriores repperiūt fontiū uenas,
ac de propugnaculis uel turribus destinatis protegūt
telis: ut aquatoribus liber præsetur accessus. Quod ul-
tria iactum teli, in cliuo tamen ciuitatis subiecta sit ue-
na: castellū parvulum (quem Burgum uocant) inter ci-
uitatem & fontē cōuenit fabricari, ibi q; balistas sagit-
tariosq; cōstitui: ut aqua defendatur ab hostibus. Præ-
terea in omnibus publicis ædificijs, multisq; priuatis, ci-
sternæ sunt diligentissime substituēdæ: ut receptacula
aquis pluviis libus, quæ de tectis effluūt prætent. Diffi-
cile enī.

ile enim uincit sitis eos, qui quamuis exigua aqua ad potum tantum in obſidione ſunt uſi.

CSi ſal deſuerit quid faciēdū ſit. Caput. XI.

Si maxima ſit ciuitas et ſal deſuerit, liquor ex ma-
ri ſumptus, p alucos aliaq; patula uafa diſfunditur: qui a calore ſolis duratur in ſalem. Quod ſi hostis ab unda prohibeat (nā hoc ſepe accidit) harenas, quaſ excitato uento mare ſuperuaderat, aliquando colligūt & dulci aqua cluunt: que ſole ſiccata nihilominus mu-
tatur in ſalem.

CQuid faciendum cum primo impetu uenitur
ad muros. Caput. XII.

Violenta autem impugnatio, quando caſtellis uel
ciuitatibus præparatur, mutuo utrinq; pericu-
lo, ſed maiore oppugnantū ſanguine exercentur lu-
tuosa certamina. Illi enim qui muros inuadere cupiūt,
terrifico apparatu expositis copijs, in ſpem deditio-
niſ formidinem geminant: tubarum ſtrepitū hominumq;
permixto. Tunc, quia timor magis frangit iſuetos,
primo impetu ſtupentibus oppidanis, ſi discriminum
experimenta non norunt: admotis ſcalis inuaditur ci-
uitas. Quod ſi a fidētibus ſiue militariibus uiris repella-
tur prima congreſſio: statim clauſis crescit audacia, &
iam non terrore: ſed uiribus & arte conſlitetur.

C Enumeratio machinarum quibus muri
oppugnantur. Caput. XIII

Admouen

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.

Ad mouentur etiam testudines, arietes, falces, ui-
neæ, plutei, musculi, turres: de quibus singulis
qualiter fabricentur, quo etiam pacto prælientur uel
repellantur edifferam.

C De ariete, falce, testudine. Ca. XIII.

De materia ac tabulatis testudo contexitur, que
ne exuratur incendio, corijs uel cilicijs cento-
nibusq; uestitur. Hæc intrinsecus accipit trabem, que
adūco præfigitur ferro: quod falx uocatur, ab eo quod
incuruata est, ut de muro extrahat lapides. Aut certe
ipsius caput uestitur ferro, & appellatur aries. Vel q;
habet durissimam frontem, que subruat muros: uel q;
more arietum retrocedit, ut cum impetu uehementiu-
feriat. Testudo autem a similitudine ueræ testudinis
uocabulum sumpsit: quia sicut illa modo reducit modo
profert caput, ita machinamentum interdum reducit
trabem, interdum exerit, ut fortius cedat.

C De uineis, de pluteis, & aggere. Ca. XV.

Vineas dixerunt ueteres, quas nunc militari bar-
baricoq; usu causias uocant. E lignis leuioribus
machina colligitur, lata pedibus. 8. alta pedibus. 7. lon-
ga pedibus. 16. Huius tectum munitioe dupli, tabula-
tis cratibusq; contexitur. Latera quoq; vimine sepiun-
tur, ne saxorum telorumq; impetu penetrrentur. Ex-
trinsecus autem, ne immiso concremetur incendio,
erudit ac recentibus corijs uel centonibus operitur.
Iste, cum plures factæ fuerint, iunguntur in ordinem:

sub

sub quibus obſidentes tuti ad ſubruenda penetrant mu-
rorum fundamenta. Plutei dicuntur, qui ad ſimilitudi- Plutei.
nem apſidis contexuntur e uimine, et cilicijs uel corijs
proteguntur: ternisq; rotulis, quarum una in medio,
duæ in capitibus apponuntur. In quācunq; partem uo-
lueris admouentur more carpenti: quos obſidentes ap-
plicare muris, eorumq; munitione protecti, sagittis ſi-
ue fundis uel miffilibus defenſores omnes de propu-
gnaculis ciuitatis exturbant: ut ſcalis ascendendi faci-
hor præſtetur occasio. Agger autem ex terra lignisq;
extollitur contra murum, de quo tela iactantur.

De muſculis. Cap. XVI.

Muſculos dicūt minores machinas: quibus pro Muſculi.
techi bellatores ſi lutum effuerit, aut ciuitatis
fobatum, apportatis lapidibus, lignis, de terra, non fo-
lum complent: ſed etiam ſolidant, ut turres ambulato-
riæ ſine impedimento iungantur ad murum. Vocatur
autem a marinis beluis muſculi. Nam quemadmodum
illi, cum minores ſint, tamen balenis auxilium admini-
culumq; iugiter exhibent: ita istæ machine breuiores,
deputatæ turribus magnis, aduentui illarum parant
uiam: itineraq; præmuniunt.

De turribus ambulatorijs. Caput. XVII.

Turres autem dicuntur machinamenta, ad ædifi-
ciorum ſpeciem ex trabibus tabulatisq; compa-
cta: ne tantum opus hostili concremetur incendio,
diligentissime ex crudis corijs uel centonibus commu-

b
nitur:

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.

nitur: quibus pro modo latitudinis additur altitudo.
Nā interdum tricenos pedes p quadrum, interdū quadagenos uel quinquagenos latē sunt. Proceritas aut ipsarum tanta sit, ut non solum muros: sed etiam turres lapideas altitudine superēt. His plures rotæ mecha nica arte subduntur: quarū lapsu uolubili magnitudo tam alta moueatur. Præsens autem periculum ciuitatis est si ad murum fuerit turris admota: Plures enī accipit scalas, & diuerso genere conatur irrumpere. Nā in inferioribus habet arietem, cuius impetu destruit muros. Circa uero mediā partē accipit pontē, factā de duabus trab. bus, septūq; de uimine, quē cito prolatum inter turri murūq; cōstituunt: et p eū ingredientes de machina bellatores in ciuitatē transeunt, & occupant muros. In superioribus aut turris illius partibus cōta ti et sagittarij callocantur, qui defensores urbis cōtis, missilibus, saxisq; ex alto p̄sternāt. Quo facto ciuitas capitur sine mora. Quid enim auxiliū sperabat, repete supra se aspiciat altiorū hostiū murū? **C**uemadmodum ambulatoria turris possit incēdi. Caput. XVIII.

HVictam manifesto discrimini occurritur multis modis. Primum si confidentia uel uirtus est militaris, eruptione facta, globus egreditur armatorū & ui hostibus pulsis machinamenū illud ingens disreptis corijs ignis exurit. Quod si oppidani exire nō audeant, maiores balistas, malleolos, uel phalaricas cū incendio

incendio destinant: ut pruptis corijs uel centon bus in
 trinsecus flamma condatur. Malleoli uelut sagittæ, & Mallioli.
 ubi adheserint (quia ardentes sunt) uniuersa cōflagrāt. Phalarica.
 Phalarica autem ad modū hastæ ualido p̄fugitur fer-
 ro: iter tubum etiam & hastile sulphure, resina, bis-
 tumine, stupisq; conuolutur infuso oleo: quod incen-
 diariū uocant. Quæ balistæ impetu destinata, prærup-
 to munimine ardens fugitur ligno: turritamq; machi-
 na frequēter incēdit. Depositī quoq; homines funibus
 tū hostes dormiunt, in latebris portant lucernas, & i-
 cēsis machinis rursus leuantur in murum.

Quemadmodum altitudo mūris addatur. Cā. XIX.

Præterea partem mūri, ad quam machina conatur
 accedere, cemento atq; lapidibus uel luto siue la-
 teribus, postrema tabulatis extruendo faciūt altiorez-
 ne defēsores mōniū desup urbē uētura possit opprime-
 re. Constat autē inefficax machinamentū reddi, si iue-
 niatur inferius. Verū obsidētes eiusmōdi dolū ad bibe-
 re cōsueuerunt: Primo talem exstruūt turre, quæ pro-
 pugnaculis ciuitatis uideatur inferior. Deinde secreto
 aliam de tabulatis intrinsecus faciūt turriculam, et cū
 mūris fuerit machina sociata, subito funibus trobleis-
 q; de medio turricula illa producitur: de qua egredien-
 tes armati (q; altior inuenitur) statī capiūt ciuitatē.

Quo pacto fodiatur terra, ut machina nocere non

Intrū lōgissimas ferratasq; trabes (possit. C. XX.
 opponūt machinæ ueniēti, eaq; a mūri uicinitate p-
 h z pellūt. Sed

PLA. VEGETII DE RE MILITARI.

Rodiorum Sed cum Rhodiorum ciuitas oppugnaretur ab hostiis astutia. turris ambulatoria super murorum altitudinem ac turri omnium pararetur : mechanici ingenio inventum est tale remedium. Per noctem sub fundamento muri cuniculum fodit: et illum ad quem die postero turris fuerat promouenda, nullo hostium sentiente, ex gesta terra cauauit intrinsecus: et cum rotis suis molles impulsa fuisset, atque ad locum qui subitus cauatus erat uenisset: tanto pondere solo cedent e subsedit, ut nec iungi muris aut moueri ulterius potuit. Ita ciuitas liberata est, derelictaque machina.

De scalis, sambuca, exostra, et tollenone. Cap. XXI.

Ad motis turribus funditores lapidibus, sagittarij iaculis, manubalistarij uel arcubalistarij sagittis, iaculatores plumbatis ac missilibus, e muris submouent homines. Hoc facto scalis appositis occupant ciuitatem. Sed qui scalis nituntur, frequenter per Capaneus. ricolum sustinent: exemplo Capanei, a quo primū hæc scalarum oppugnatio perhibetur inuenta: qui tanta ui occisus est a Thebanis, ut extinctus fulmine diceretur. Et ideo sambuca, exostra, et tollenone obſidentes in Sambuca. murum hostium penetrant. Sambuca dicitur ad similitudinem cythare. Nam quemadmodum in cythara chordæ sunt: ita in trabe, quæ iuxta turrim ponitur, funes sunt, qui pontem de superiori parte træcieis laxant, ut descendat ad murum: statimque de turri excunt bellatores, et per eam transeuntes moenia urbis inuidunt. Exostra.

ostra dicitur pōs quē superius exposuitus: qui de tur-
ri in murum repēte protruditur. Tollenō dicitur quo Tollenon.
ties una trabs in terram prælata defigitur. Cui in
summo uertice alia transuersa trabs longior, dimensa
medietate connectitur: eo libramento, ut si unū caput
depresseris, aliud erigatur. In uno ergo capite crati-
bus siue tabulatis contextitur machina: i qua pauci col-
locantur armati. Tunc per funes uno attracto depre-
soq; alio capite eleuati imponuntur in murum.

C De balistis, onagris, scorpionibus, arcubalistis,
fustibalis, fundis, per quæ tormenta defen-
ditur murus. Caput. XXII.

A Duersum hæc obſeſſos defendere cōſueuerunt
balistæ, onagri, scorpiones, arcubalistæ, fusti-
bali, sagittarij, fundæ. Balista funibus, neruis, chordis: Balista.
q; tenditur: quæ quanto prolixiora brachiola habue-
rit, hoc est quanto maior fuerit, tanto ſpicula longius
mittit. Quæ & ſi iuxta artem mechanicam tempe-
retur, et ab exercitatis hominibus, qui mensuram eius
ante collegerint, dirigatur: penetrat quodcumq; per-
cuſſerit. Onager autem dirigit lapides: ſed præ neruo Onager.
rum crassitudine & magnitudine ſaxorum pondera
iaculatus. Nam quanto amplior fuerit, tanto maiora
ſaxa fulminis more contorquet*. His duobus generi
bus nulla tormentorum ſpecies uehementior inuenitur.
Scorpiones dicebātur quas nunc manubalistas uocāt: Scorpiones.
ideo ſic nūcupati quod paruis ſubtilibusq; ſpiculis infe-

FLA. VGETII DE RE MILITARI
rant mortem. Fustibatos, arcubalistas, et fundas descri-
b're superfluum puto: que præsens usus agnoscit. Sa-
xis tamen grauioribus per oragrum destinatis, non so-
lum equi eliduntur & homines: sed etiam hostium ma-
chianentia franguntur.

CAduersum arietes prosunt culcitrae, laquei,
lupi: & columæ grauiores. Ca. XXII.

Adversum arietes etiam uel scilicet sunt plurimæ
media. Aliquanti centones & culcitrae furi-
bus calcant, & illis opponunt locis qua cedit aries: ut
impetus machinae materia molliore fractus non destru-
at murum. Alij laqueis captos arietes, per multitudinem
hominum de muro in obliquum trahunt: & cum ipsi
testudinibus euertunt. Plures in modum forficis den-
tatum funibus alligant ferrum, quod lupum uocant:
apprehensumq; arietem aut euertunt, aut ita suspen-
sunt ut impetum non habeat feriendi. Interdum bases
columæ in irmore vibrato impetu iaciuntur e mu-
ris: arietesq; confingunt. Quod si tanta uis fuerit, ut
murus arietibus perforetur, & (quod sepe accidit) de-
cidat, salutis una spes superest, ut destructis domibus
alius intrinsecus murus addatur, hostesq; intra binos
pariete (si penetrare tentauerint) perimantur.

CDe cuniculis per quos murus defeditur. Ca. XXIII.

Cuniculus. **A**liud genus oppugnationum est, subterraneum
atq; secretum, quod cuniculum uocant: a lepori-
bus qui casulas sub terras fodunt, ibi conduntur.
Ad his

Adhibita ergo multitudine ad speciem metallorum, in quibus auri argenteique uenas bessorum rimatur industria, magno labore terra defoditur: cauatoque specu exitum ciuitatis inferna queritur via. Que fraus duplicitibus operatur insidijs. Aut enim penetrant urbem, & noctu non sentientibus oppidanis egrediuntur per curiculum, reseratisq; portis suorum agmen inducunt, hostesq; in ipsis omnibus perimunt ignorantes. Aut certe cum ad murorum fundamenta peruerterint, suffoient eorum maximam partem, appositis fissionibus lignis: ruinamq; muri tumultario opere suspeditum. Sarmenta insuper iungunt aliaq; somenta flammarum. Tunc praepratis bellatoribus subter ignis minititur, combustisq; columnis ligneis atq; tabulatic muro subito corridente irruptioni aditus reseratur.

IQuid facere debeant oppidani, si hostes irruperint ciuitatem. C. XXV.

INnumerabilibus declaratur exemplis, sepe cæsos ad internitionem hostes: qui peruerterant ciuitatem. Quod sine dubio evenit, si oppidani muros ac turres retinuerint: vel altiora loca occupauerit. Tunc enim defenestris ac testis omnis etas ac sexus irrumpentes obruunt saxis, alijsq; generibus telorum. Quod ne sustineant obidentes, portas ciuitatis aperire consueunt, ut resistere desinant, fugiendi potestate concessi. Necesse est enim quedam uirtutis est desperatio in hoc casu.

FLA. VFGETII DE RE MILITARI
Vnum oppidanis auxilium est , siue per d' em siue per
noctem hostis intrauerit: ut muros tressq; teneant, ac
loca superiora conseruant: hostesq; per uicos & pla-
teas undiq; obruant dimicantes.

CQu e sit adhibenda cautela , ne hostes
furtim occupent murum.

Caput. XXVI.

FRequenter dolum excogiant obsidentes, ac si-
mulata desperatione Linguis abeunt. Sed ubi post
meum murorum uigiliu derelictis, requieuerit incau-
ta securitas , tenebrum ac noctis occasione captata
cū scalis clanculū ueniunt, murosq; coiscendunt. Prop-
ter quod murus est adhibenda custodia cū hostis absces-
serit, & in pīsis muris ac turribus tuguriola locāda. In
quibus uigiles hybernis mensibus ab hymbris ul' fri-
gore, & siuis defendantur a sole. Illud quoq; usus inue-
nit, ut acerrimos ac sagacissimos canes in turribus nu-
triant: qui aduentum hostium odore præsentiant, latra-
tuq; testentur. Anseres quoq; non minore sollertia no-
cturnos superuentus clamoribus indicant. Nam ingres-
si Capitolinam arcem Galli , Romanum nomen erue-
rant: nisi clamore anserum excitatus Manlius restitise-
set. Mira diligētia siue fortuna uiros, qui uniuersum
orbem erant in suis sub iugum, auis una seruauit.

CQuāmodō oppidanis inferantur insidiæ
Caput. XXVII.

Non

Non solum in obsidionibus, sed in uniuerso ge-
nere bellorum super omnia ducitur, hostium
consuetudinem explorare diligenter ac noscere. Oppor-
tunitas enim insidiarum aliter non potest inueniri:
nisi scias quibus horis aduersarius a laboris intentioē
discedat, quibus reddatur incautior, interdū medio die,
interdum ad uesperum, sepe nocte, aliquando eo tēpo-
re quo sumitur cibus: cum utriusq; partis milites ad re-
quiem aut cur anda corpora disperguntur. Quod in ci-
uitate cum cōperit fieri, obsidentes astu se de prālio
subtrahunt, ut aduersariorum negligentie licentiam
tribuant. Que ipsa impunitate cum creuerit, repente
admotis machinis, uel appositis scalis occupant ciuita-
tem. Et ideo in muris saxa ceteraq; tormenta ponun-
tur in promptu, ut cognitis insidijs occurrētes, ad ma-
nus habeant quod supra capita hostium euoluant atq;
iaculentur.

CQuid faciant obsidētes ne ab oppidanis
patiantur insidias. Cap. XXVIII.

CVM negligentia interuenerit paribus insidijs
subiacent obsidentes. Nam siue cibo siue scanno
fuerint occupati, siue ocio aut aliqua necessitate disper-
si: tunc oppidani repente prorumpunt, ignorantes pe-
rimunt, arietes, machinas, ipsosq; aggeres ignibus con-
cremant: omniaq; in perniciem suam fabricata opera
subuertunt. Propter hoc obsidentes ultra iactum teli
fossam faciunt, eamq; non solum uallis et sud bus: sed

Loricula

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.
etiam turriculis instruunt: ut erumpentibus ex ciuitate possint obſistere, quod opus loriculam uocant, & ſepe cum obſidio deſcribitur, inuenitur in hystorijſ loricula urbem eſſe circumdatam.

CQuo genere tormentorum defendatur ciuitates.

Caput. XXIX.

Sed ex alto destinata missilia, ſive plumbata, uel lancea, ueruta, uel ſpicula i subiectos uehementius cadunt. Sagitte quoq; arcubus miſte, & ſaxa manibus, fundis, ſive fuſtibalis directa, quanto de excelsiori loco exequunt: tanto longius penetrant. Ballista uero & onagri, ſi a peritis diligenterne temperentur, uniuersa praecidunt. A quibus nec uirtus ulla nec munimira poſſunt defendere bellatores. Nam more fulminis quicquid percuſſerint aut diſoluere, aut irrumperē conſueuerunt.

CQuā mādmodum meſura colligatur, ad ſcalas uel machinas faciendas. Caput. XXX.

Ad capiēdos muros ſcalae uel machine plurimum ualent: ſi ea magnitudine compactae fuerint, ut altitudinem exuperent ciuitatis. Mensura autem colligitur dupli modo: Aut enim linum tenue & expeditum, uno capite neſtitur in ſagitta: que cum ad murū firſtigia directa peruerterit, ex mensura lini murorum altitudo deprehēditur. Aut certe cum ſol obliquus umbranturium murorum piaſculatur in terram: tunc ignorantibus adueſarijs, umbra illius ſpacium mensuratur.

ratur. Itēq; decēpeda figitur, & umbra illius similiter
mēsuratur. Quo collecto numero, nemo dubitat ex um-
bra decēpede inueniri altitudinē ciuitatis, cū sciatur
quāta altitudo, quātum umbræ mittat ī longum. Que
ad oppugnādas uel defendēdas urbes autores bellicas-
rū artiū prodiderūt, uel quā recētior necessitatū usus
inuenit, pro publica (ut arbitror) utilitate digessi: illud
iterū iterūq; cō nonens, ut solertiſſie caueatur, ne quā-
do aut potus iopia emergat, aut cibi: qbus malis nullā
arte ſiccurritur. Ideoq; itra muros rāto plura cōdēda-
sūt, quāto ſciur cluſuræ tēpus in obſidentiū potesta-
te conſiſtere. ¶ Præcepta belli naualis. Cap. XXXI

Precepto maiestatis tue (imperator inuictus) ter-
reſtris prælij rationibus absolutis: naualis belli re-
ſidua (ut opinor) eſt portio. De cuius artibus ideo pa-
ciora dienda ſunt, quia iam dudum pacato mari cum
barbaris nationibus agitur terrefre certamen. Roma-
nus autem populus pro decoro & utilitate magnitudi-
niſ ſue, non propter necessitatē tumultus alicuius,
clafsem parabit ex tempore: ſed ne quando necessitatē
ſuſtineret, ſemper habuit præparatam. Nemo enim bel-
lo laceſſere aut facere audet iniuriam ei regno uel po-
pulo, quē expeditū & promptū ad resistendū vindicā-
dūq; cognofit. Apud M ſenū ergo & Rauennā ſingu-
la legiores Romani noīs cū clafib; ſtabant: ne lōgius
ature la urb̄is abſcederet: & cū ratio poſuſſet, ſine
mora, ſine circuitu ad oēs mūdi ptes nauigio p. enirēt

Nam

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.

Nam Misenatum classis, Galliam, Hispanias, Mauritaniam, Africam, Aegyptum, Sardineam, atq; Siciliā in proximo habebat. Classis autē Rauennantū, Epro Macedonia, Achaiam, Propontidem, Pontum, Orientem, Cretam, Cyprum petere directa nauigatione consueuerat: quia i rebus bellicis celeritas amplius solet p desse quam uirtus.

C Nomina iudicum qui praeerant classi. Cap. XXXII

L liburnis autem, que in Campania stabant, praefec tus classis Misenatum praeerat. Eas uero que in Ionio mari locatæ fuerant, praefectus classis Rauennatiū retinebat. Sub quibus erant deni tribuni per cohortes singulas constituti. Singulæ autem liburnæ sin gulos nauarchos, id est quasi nauicularios habebant: qui exceptis ceteris, nautarū officijs gubernatoribus atq; remigibus & militibus exercendis, quotidiana cu ram & iugem exhibebant industriam.

C Unde appellantur liburnæ. Caput. XXXIII.

D Iuersæ autem prouincie quibusdam temporibus mari plurimum potuerunt: & ideo diuersa genera nauium fuerunt. Sed Augusto dimicante Attiaco prelio cum liburnorū auxilijs præcipue uictus fuisset Antonius: experimento tāu certaminis patuit liburnorum naues ceteris aptiores. Ergo similitudine & nomine usurpato, ad earundē instar classem Romani pri cipes texuerunt. Liburnia namq; Dalmaciæ pars est Iadertinæ subiacens ciuitati, cuius exemplo nunc naues

bellicæ

LIBER QVARTVS FOL. 70
bellicæ fabricantur: & appellantur liburnæ.

Qua diligentia fabricantur liburnæ

Caput. XXXIII.

Sed cum in domibus struendis harenæ uel lapidū qualitas requiratur, tanto magis in fricandis nubus diligente, cuncta querenda sunt: quanto maius periculum est nauem uitiosam esse quam domum. Ex cypresso ergo & pinu domestica, siue sylvestri larice, et abiete precipue liburna cōtexitur: utilius æreis clavis quam ferreis cōfigenda. Que licet esse grauior aliquāto uideatur, expensa tamen, quia amplius durat, lucrū probatur afferre. Nam ferreus clavos tempore & huī more celeriter rubigo consumit: ærei autem etiā in flūtibus propriam substantiam seruant.

Qua obseruatio sit cädenda materias. Caput. XXXV.

Observandum præcipue, ut aquintadecima luna usq; ad uigessimam tertiam arbores præscindatur ex qbus liburnæ contexendæ sunt. His enī tāū octo diebus cæsa materies immunis seruatur a carie. Reliquis autem diebus præcisa, etiam eodem anno interna uermium labo exesa in puluerem uertitur. Quod ars ipsa & omniū architectorū quotidianus usus edocuit, et cōtextione ipsius religionis agnoscimus: quā pro æternitate his tantū diebus placuit celebrari.

C **Q**uo mense sint cädēdæ trabes. CXXXVI.
Aedūtur autem trabes utiliter post solstictium
Acstiuum,

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.

Mud etiā cauendū ne cōtinuo ut deieclæ fu rit tristes
secentur: uel statī ut sc̄tæ fuerint mittātur in nauē. Si
quidē et adhuc solidæ arbores etiā diuisæ per tabulas
duplices ad maiore siccitatē mereātur inducias. Nā ui
rides cōpinguntur, cū nativū humorē ex sudauerint cō
trahūtur, & rimas faciunt latiores, quo nihil est peri
culosius nauigātibus. ¶ De mō l. burnarū C. XXXVII

Quod ad magnitudinē p̄tinet, minime liburne re
morū habēt singulos ordines, paulo maiores bi
nos, idoneæ mensuræ ternos uel quaternos: in
terdū quinos sortiuntur remigū gradus. Nec hoc cuiq
enorme uideatur, cū in Actiaco prælio lōge maiorare
ferātur cōcurrisse nauigia: ut senorū etiā uel ultra or
dinū fuerit. Scaphæ tamē maioribus liburnis explorat
oriæ sociātur, que uicenos prope remiges in singulis
partibus habebāt: quas Britāni pyctas uocant. Per has
& superuentus fieri & cōmeatus aduersariorū nauium
aliquādo itercipi aſſolet, & speculandi studio aduētus
earū uel consiliū deprehendi. Ne tamē exploratoriæ
naues cādore p̄dātur, colore Veneto (q̄ marinis est flue
ctibus similis) uela tinguntur & funes: cera etiam quā
ungere solent naues inficitur. Nautæ quoq; uel milites
Venetam uestem induunt, ut nō solum per noctem: sed
etiam per diem facilius lateant explorantes.

¶ Nomina uentorum & numerus. Ca. XXXVIII.

Qvicunq; exercitum armatis classib; uehit, tur
binum signa debet ante prænoscere. Procellis
nam-

Color.

Venetus.

namque & fluctibus liburne grauitus quam uero ho-
stium sepe perierunt. In qua parte naturalis phi-
losophie tota est adhuc bendis solertia: quia uentorum et
tempestatum cœlesti ratione natura colligitur. Et pro-
acerbitate pelagi, sicut cautos & prouidos cautela tu-
tatur: ita negligentes extinguit incuria. Igitur uento-
rum numerum atque uocabula, ars nauigandi primum
debet inspicere. Veteres autem iuxta positionem car-
dinū tantum quatuor uentos principales a singulis cœ-
li partibus flare credebant. Sed experimento posterior
etas duodecim comprehendit. Horum uocabula ad sub-
mouendam dubitationem non solum Græca, sed etiā la-
tina protulimus: ita ut uentis principalibus declaratis,
eos qui ipsis dextra leuacq; iuncti sunt indicemus. A uer-
no itaq; solstitio. i. ab orientali cardine, sumimus exor-
dium: ex quo uentus oritur θετικό id est subso-
lanus. Huic a dextra adiungitur ουκιας. A sinistra
eurus siue uulturus. Meridianum autem cardinem pos-
sidet νότος id est austro. Huic a dextra iungitur λέυκο
potoς id est albus notus. A sinistra libonotos. i. co-
rus. Occidentalem uero cardinē tenet γέφυρος. Huic
a dextra iungitur λιψ siue Aphricus. A sinistra ιατρος
siue Fauonius. Septentrionalē uero cardinem sortitus
Aparctias siue septentrio. Cui adhaeret a dextra Thra-
cias siue Circius. A sinistra boreas id est aquilo. Hi
sepe singuli, interdum duo, magnis autem tempe-
statibus etiam tres pariter flare consuerunt.

Horum

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.
Horum impetu maria, quæ sua sponte tranquilla sunt
et quieta, undis æstuantibus seuiunt. Horum flatu pro
natura temporum uel locorum ex procellis serenitas
redditur: & rursus in procellas serena mutatur. Nā
secūdo spiramine optatos classis inuenit portus, aduer
so stare uel regredi, aut discriminem sustinere compelli
tur. Et ideo difficile naufragium pertulit, qui uentorū
rationem diligenter inspexit.

Quibus mensibus tutius nauigetur.

Caput. XXXIX.

Sequitur mensium dierumq; tractatus. Neq; enim
in integrō anno uis atq; acerbitas maris patitur na
uigantes: sed quidam menses optissimi, quidam dubij,
reliqui classibus intractabiles sunt lege naturæ. Phenī
te decursu. i. post ortum pleiadum a die. 6. Kalendas Iu
nij usq; ad arcturi ortum i. in diem. 18. Kalendas octo
bris secura nauigatio creditur: quia æstatis beneficio
uentorum acerbitas mitigatur. Post hoc tempus usque
in tertium Idus nouembri incerta nauigatio est, &
discrimini propior. Propterea quia post septembres
Idus oritur arcturus uehementissimum sydus. Octauo
Kalendas octobris æquinoctialis euenit acerba tempe
stas. Circa nonas uero octobris hædi pluiales quinto
Idus eiusdem Taurus. A nouembri autem mēse crebris
temperatibus nauigia coniurbat uergilarum hyema
lis occasus. Ex die igitur tertio Iduum nouembri us
que in diem. 6. Iduum Martij maria clauduntur. Nam

lux

lux minima, noxq; prolixa, nubium densitas, aeris ob-
scuritas. Ventorum, hymbrium uelniuim geminata se-
uitia non solum classes a pelago sed etiam commēates
a terrestri itinere deturbat. Post natalem uero (ut ita
dicam) nauigationis qui sollēni certamine publico que
spectaculo multarum gentium celebrantur, plurimo
rum syderum ipsiusque temporis ratione usque in Idus
Maias periculose maria tentantur: non quod negotia-
torum cessaūt industria, sed quia maior adhibenda est
cautela, quādo exercitus nauigat cū liburnis, quā cum
priuatorum mercium festinat audacia.

CQuemadmodum tempestatum obseruan-
tur signa. Caput. XL.

Präterea aliquorum ortus occasusque syderum, tē-
pestates uehementissimas commouent. In quibus
licet certi dies autorum attestatione signentur: tamē
quia diuersis casibus aliquando mutantur: confitendū
est quod cœlestes causas humana conditio ad plenum
scire prohibetur. Nauicæ igitur obseruationis curam
trifariam dividunt. Aut enim circa diem statutum, aut
ante, uel postea tempestates fieri compertum est. Vn-
de præcedentes τροχείμαστιν nascētes die sollēni ἐτι-
χείμαστιν subsequentes μεταχείμαστιν Græco uoca-
bulo nūcupauerunt. Sed omnia enumerare nominatim
aut ineptum uidetur, aut longum: cum autores pluri-
mi, non solum mensum, sed etiam dierum rationem di-
ligenter expresscrint. Trāsitusque syderum, quos pla-

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.
netas uocant, quum præscripto cursu diet, arbitrio crea-
toris suscipiunt signa uel descryunt, frequenter assolent
serena turbare. Interluniorum autem dies tempesta-
tibus plenos, & nauigantibus quam maxime metuendos,
nō solum peritiæ ratio: sed etiam uulgi usus intelligit.

C De prognosticis quibus noscitur serenitas & turba
tio aeris. Caput. XLI.

MUltis quoque signis & de tranquillo procel-
lae, & de tempestatibus serena produntur.
Quae uelut in speculo lunæ orbis ostendit. Rubicundus
enim color uentos: ceruleus indicat pluias. Ex utroq;
commixtus nimbos & furentes procellas. Letus orbis
ac lucidus serenitatem nauigijs repromittit, quam ge-
stat in uultu: præcipue si quarto ortu neque obtusis
cornibus rutilat, neque infuso fuerit humore fuscata.
Sol quoque exoriens uel diem condens, interest utrum
æqualibus gaudeat radis, an obiecta nube uarietur, u=
trum solido splendore fulgidus, an uentis urgentibus
igneus, neve pallidus uel pluia sit impendente macu-
losus. Aer uero & mare ipsum nubiumque magnitu-
do uel species sollicitos instruit nautas. Aliquanta ab
aeribus, aliquanta significatur a pisibus: que Vergilius
in Georgicis diuino pene comprehendit ingenio: et Var-
ro in libris naualibus diligenter excusat. Hec guber-
natores se se scire profitentur, sed eātenus quatenus
eos i peritiæ usus instruit non altior doctrina firmauit.

De

C De aestuarijs, hoc est de rheumate.

Caput. XLII.

E Lementum pelagi tertia pars est mundi: qd' pre-
ter uentorum flatum suo quoque spiramine mo-
tuq; uegetatur. Nam certis horis diebus pariter ac no-
ctibus aestu quodam (quod rheuma uocat) ultro citroq;
percurrit: & more torrentium fluminū nunc exundat
in terras: nunc refluit ī altitudinem suam. Hec recipro-
cantis meatus ambiguitas cursum nauium secunda ad
iuuat, retardat aduersa: quæ dimicatu[m] magna sunt
cautiœ uitanda. Neque enim auxilio remorum rheu-
matis impetus uincitur: cui interdum cedit & uentus.
Et quoniam in diuersis regionibus diuerso lunæ cre-
scentis minuentisque statu, certis horis ista uariatur:
ideo prælum nauale gesturus, consuetudinem pelagi
uel loci, ante congressum debet agnoscere.

C De locorum noticia siue remigibus.

Caput. XLIII.

N Autarum gubernatorumque sollertia est, loca
in quibus nauigatur, portusque cognoscere: ut
infesta prominentibus uel latentibus scopulis uadosa
ac sicca uitentur. Tanto enim securitas maior est, quā=
to mare altius fuerit. In nautis diligentia, in gubernato-
ribus peritia, in remigibus uirtus eligitur. Propte-
rea quia naualis pugna tranquillo committitur mari:
liburnarumque moles nō uentorum flatibus, sed remo-
rum pulsu aduersarios percutit rostris: eorumque rur-

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.
sum impetus uitat. In quo opere lacerti remigū, & ars
clavum regentis magistri uictoriam præstat.

¶ De telis tormentisque naualibus. Cap. XLIII.

Multa quidem armorum genera prælium ter-
restre desyderat: sed nauale certamen non so-
lum plures armorum species uerum etiam machinas et
tormenta flagitat tanq; in muris dimicetur et turribus
Quid enim crudelius congressione nauali, ubi et aquis
homines perimuntur & flammis? Præcipua ergo eſe
debet tegminum cura: ut cataphratti ul' loricati, galea-
ti etiam & ocreis maniti sint milites. De onere nam-
que armorum nemo potest conqueri, qui stans pugnat
in nauibus. Scuta quoque ualidiora propter iictus lapi-
dum, et ampliora sumuntur propter falces (et harpago-
nes, aliaque naualia genera telorum). Sagittis, misilibus,
fundis, fustib; aliis, plumbatis, onagris, balistis, scorpiōi-
bus, tacula inuicem diriguntur et saxa: et (quod est gra-
uius) qui de uirtute præsumunt admotis liburnis inie-
ctis pōtibus in aduersariorū transcut naues: biq; gla-
diis manu ad manū (ut dicitur) cominq; dimicat. In ma-
ioribus etiā liburnis ppugnacula turreſq; cōſtituunt:
ut tanquam de muro, ita de excelsis tabulatis facilius
uulnerent & perimant inimicos. Oleo incendario, stu-
pa, sulphure, & bitumine obuolutæ et ardentes sagit-
tae per balistas in hostiarum nauium aliacos infiguntur
unctasq; cera & pice & resina tabulas tot fomentis ig-
nium repente succendunt. Alij ferro interrimuntur et
saxo, alijs

saxo, alijs ardere coguntur in fluctibus: inter tanta tam
men mortuum genera, qui acerrimus casus est, absumentur
a piscibus & infespulta sunt corpora.

Quemadmodum nauali bello collocentur
insidiæ. Caput. XLV.

Adinstar autem terrestris prælij superuentus fi-
unt ignorantibus nautis: uel circa opportunas
insularū angustias collocatur insidiæ. Idq; agitur ut i-
parati facilius deleat: si logo remigio fatigati sunt
hostiū nautæ, si uento urgentur aduerso, si prostris est
rheuma, si nihil sufficentes dormiunt inimici, si statio
quam tenent exitum non habet, si dimicandi optata ue-
nit occasio, fortunæ beneficijs iungendæ sunt manus,
& ex opportunitate prælium conferendum. Quod si
cautela hostium, euitatis insidijs, publico Marte conflu-
git, tunc liburnarum instruendæ sunt acies nō directæ
ut in campo, sed incurvæ ad similitudinem lunæ, ita ut
productis cornibus acies media sinuetur: ut si aduersa-
rij prorumpere tentauerint, ipsa ordinatione circunda-
ti deprimantur. In cornibus autem præcipuum robur et
liburnarum collocetur & militum.

Quid fiat cum aperto marte nauale com-
mittitur bellum. Cap. XLVI.

Praeterea utile est, ut alto et libero mari tua semper
per classem utatur. Inimicorum uero semper pella-
tur ad littus: quia pugnandi impetum perdunt, qui de-
truduntur in terras. In huiusmodi certamine tria armo-

FLA. VEGETII DE RE MILITARI.
rum genera solent ad uictoriam plurimum prodeſſe:
afferes, falces, bipennes. Aſſer dicitur cum trabs ſubti-
lis ac longa ad ſimilitudinem antennæ pendet in malo
utroque capite ferrato. Hunc ſiue a dextra, ſiue a ſini-
ſtra parte aduersariorum ſe iuxterint naues pro uice
arietis ui impellunt: qui bellatores hostium ſiue nau-
tas ſine dubio proſternit ac perimit; ipsamque nauē ſe-
piuſ perforat. Falx autem dicitur acutissimum ferrum
curuatum ad ſimilitudinem falcis: quod contis longio-
ribus inditum, collatorios funes, quibus antenna ſuſpe-
ditur, repente precidit: collapsisque uelis liburnam pi-
griorem & inutilem reddit. Bipennis est ſecuris ha-
bēs ex utraque parte latissimum & acutissimum ferrum. Per
hanc in medio ardore pugnandi peritissimi nautae uel mi-
lites cum minoribus ſcaphulis ſecreto incident funes:
quibus aduersariorum ligata ſunt gubernacula. Quo
facto ſtatim capitur tāquam inermis & debilis nauis.
Quid enim ſalutis ſupererit ei qui amiferit clauum? De-
lusorijs, quis in Danubio quotidianiſ utuntur excubijs,
reticendum puto: quia artis amplius in his frequentior
uetus inuenit, quam uetus doctrina monſtrauerit.

FLAVII VEGETII RENATI
DE RE MILITARI LI-
BRI Q VATVOR
FINEM HA-
BENT.

AD

AD MAGNIFICVM SENA
TOREM MINVM ROSCI=
VM PHILIPPI BERO
ALDI EPISTOLA



R

EI MILITARIS DIS
ciplina cæteris omnibus
haud dubie præcellit: utpote
maximorum regnorum effe
crix ac parens. Hæc Cyro
Persæ, hæc Alexandro Mace
doni, hæc Cæsari Romano no
men peperit æternum. Hæc innumeros principes nunc
oli immortalitate donauit. Hæc orbē terrarū parere
Romano imperio coegit. Vnde non minus uere quam
speciose dixit Arpinas orator. Cedat forum castris o
ciū militiae, stulos gladio, umbra soli. De hac tā præcla
ra tanque excellenti disciplina militari prisco sœculo
nō pauci cōmētates scripsere eloquēter & sciēter. Ex
quibus plane conditoribus ad nepotes peruenierūt Frō
tinus, Vegetius, Helianus ac Modestus: quæ veluti quadri
ga per militarem campum latissime decurrunt: omnes
que militiae meandros cum laude ingrediuntur. Hos e
go nuprime relegi emēdauiq; Mine mi aruditoriū no
bilissime in pōticulano tuo feriatus: quo saluberrimo se
cessu nihil amenus nihil magnificētius, nihil pulchrius
noui. Adeo ut Laurentinū Plinianū ut uillæ Lucullianæ
ut pre-

728872
ut præatoria omnia a luxuriosis ædificatoribus magni-
ficenter extructa cum Ponticulano Rosiorum com-
parari uix mereantur. Te beatū meritissimo nūcupāt,
cui res adest & uirtus. Hosce igitur doctores rei belli-
& luculentos in cōtubernio tuo, quo nihil dulcius, emē
datos impressori euestigio dedi sub nomine tuo publi-
candos: Quorum eruditio non protrita: quorum lectio
oppido quam erudita est. Qui nō minus utiles futuri
sunt pallentibus in umbra scolaſticis: quam colorit
sub dio bellatoribus. Quos tu (quæſo) quū uacabit ne
ſpreueris uel transiunter inſpicere.

Vale. Et Philippum tuum ama mutuiter

FINIS.